



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

Tractatus V. De Aliquibus reservatis, atque de eorum Absolutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

RESOL. LXVII.

Sup. hoc in tom 8. tr. 1. ex doctrina Ref. 3. § 2. in principio. An quando Confessarius ex opinione probabili absolvit moribundum, possit ei absolutionem prabere sine conditione? Ex part. 3. tr. 3. Refol. 10.

* Quae hic est supra Ref. 55. §. I. Communiter Doctores asserunt absolutionem in tali casu dandam esse sub conditione; verum Vasquez in 3. part. tom. 4. quest. 91. art. 2. dub. 1. n. 39. in casu posito supra in * resol. 1. putat conditionem illam esse supervacaneam; & hanc sententiam docet etiam Sancius in selectis disp. 44. numer. 32. ubi ita ait: Sequens opinionem, posse videlicet per signa absolvi penitentem, non tene-

bitur sub conditione absolvere; nam ille, qui agens aliquam actionem, judicat se non delinquere, absolute potest illam exercere; nec opus erit conditionem addere. Unde quando communiter dicunt Theologi, ministrandum esse Sacramentum sub conditione, quando dubitatur de valore Sacramenti, id intelligendum est in dubio proprio, non in opinionibus. Quod optime confirmat caput de quibus de Baptismo; ubi decernitur rebaptizandum esse illum sub conditione, de quo dubitatur, an sit baptizatus. Ita Sancius. Et haec dicta sufficiant circa explanationem dubiorum, qua in principio Tractatus exponenda proposui; omnia tamen subdendo Sanctae Romanae Ecclesiae correctioni, & doctorum virosum judicio.

In indice primo hujus Tom. I. Vide Apendicem ad hunc Tract. IV. Ubi reperies alias multas questiones mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Ref. quae simul pertinent ad hunc Tract. IV. de Absolutione Sacramentali, &c.



TRACTATUS QUINTUS, DE ALIQVIBVS RESERVATIS, atque de eorum Absolutione.

RESOL. I.

An non solum in articulo mortis, sed etiam in periculo, possit quis eligere Confessarium non approbatum pro omnibus peccatis & censuris reservatis? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 71.

Sup. hoc supra in tr. 4. Ref. 19 & hic infra lege Ref. seq. & alias ejus primae not. & signanter infra in primis in. Ref. 7. & in tom. 3. tr. 1. Ref. 41. § Verum si aliquis, & in tom. 5. tr. 1. ex Ref. 106. § ult. a principio, & in 19. tr. 7. Ref. 126. per totam. §. I. NEGATIVAM sententiam docent Sotus, Covarruvias, Graffius apud Finellium, ubi supra, cum Cano, & Ledesma, quos citat & sequitur Joan. de la Cruz: putant enim distingui articulum mortis à periculo, ita ut privilegium eligendi Sacerdotem non expositum pro confessione, sit solius articuli, non autem periculi.

2. Sed falluntur equidem, & ita affirmativam, sententiam docet Finellius tract. de cas. reservati- one, cap. 8. num. 8. qui citat Henriquez, Abbatem, Angelum, Sylvestrum, Medinam, Victoriam, Navarrum, Philiaricum, Sayrum, & alios; unde ipsi met adversarij hanc opinionem probabilem putant, & ideo Joan. de la Cruz in direct. conscient. part. 2. de Sacrament. Penit. quest. 5. dub. 10. concl. 2. sic asserit: Probabile est, quod qui existit in periculo mortis, potest eligere in Confessorem, etiam non expositum pro omnibus peccatis, & censuris etiam reservatis. Ita ille. Et ratio praeter alias ista erit, quia si periculum mortis ab articulo distinguamus, saepius continget infirmum inabsolutum decedere, dum Confessarius morborum inexpertus nesciat articulum à periculo distinguere ac propterea verum articulum non cognoscens, differat absolutionem, aut quia à reservatis credat adhuc absolvere non posse, aut expectare velit Parochum, vel alium approbatum Sacerdotem. Dicendum est igitur, quod mortis periculo idem privilegium tribuitur, quod vel in mortis articulo conceditur, unde ex his sequitur dubitatio.

RESOL. II.

An in articulo mortis, seu periculo possit quilibet Sacerdos absolvere ab omnibus peccatis, censuris, & reservatis?

Et an sub nomine Sacerdotum in hoc casu comprehendantur non approbati, excommunicati, suspensi, irregulares, degradati, heretici, cessante periculo perverfionis, &c?

Et quid de simplici Sacerdote praesente Parocho? Et in §. ultimo hujus Resolutionis docetur, quomodo hac sententia in periculo mortis, intelligatur, Et quid, si propria sponte quis periculum mortis adeat, v. g. in bello jussu, maris longa navigatione, &c. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 57.

§. I. Respondeo affirmativè ex Concilio Tridentino sess. 14. c. 7. cum communi Doctorum sententia, & sub nomine Sacerdotum in hoc casu comprehenduntur non approbati, & expositi, item suspensi, irregulares, degradati, excommunicati, ac non tolerati, & contra Navarrum cap. 26. m. 26. etiam haeretici cessante periculo perverfionis, & ego, ut alibi dixi, puto probabiliter simplicem Sacerdotem posse in tali casu etiam praesente Parocho, à reservatis infirmum absolvere. Sed difficultas est pro praxi, quo tempore in periculosa infirmitate possit Confessarius à reservatis absolvere? Respondent DD. non esse intelligendum ultimum vitae spatium, sed quodvis etiam probabile mortis periculum. Sed haec responsio adhuc manet in generalitate, itaque Sancius in select. disp. 12. n. 5. docet absolutionem à reservatis posse impendi à prima die infirmitatis periculosa, ut doloris lateris, tabardilli, &c. Ita ille.

2. Notandum est tamen hic, quod ex Corduba Sanch. in tom. 2. lib. 2. cap. 12. n. 13. putat quoad periculum mortis hanc sententiam procedere, quando videlicet quis non propria sponte, sed ex causa urgente, seu morali necessitate coactus, tale periculum adcat.

adeat. Sed hac limitatio displicet Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. c. 12. n. 13. & mihi, quia alij DD. de illa non faciunt mentionem: absolute enim do- cent posse Sacerdotes non solum in articulo, sed etiam in probabili periculo mortis a reservatis ab- solvere. Deinde ratio cur Ecclesia in mortis periculo omnibus Sacerdotibus absolvendi potestatem tri- buat, est, quia peccator in tali casu, tum jure divino, tum positivo, tum etiam naturali charitate erga seip- sum ad confitendum obligatur, quae ratio obligatio- nis aequè locum habet, & si aliquis sine necessitate, sed propria sponte periculum mortis adeat, v. g. in bello justo, maris longa navigatione, &c. Non est ergo admittenda limitatio Sanchez.

RESOL. III.

An absolutio a reservatis, quae potest ut dictum est supra, impendi a quolibet Sacerdote in periculo mortis, possit dari à prima die infirmitatis, quae ponit infirmum in tali periculo? Ex p. 5. tract. 3. Refol. 69.

§. 1. PRO sententia affirmativa in part. 3. tr. 4. ref. 57. adduxi Sancium in select. disp. 12. n. 5. & novissimè, me citato, hanc sententiam docet etiam Caestlinus in compen. Theol. mor. tr. 1. c. 13. q. 1. ubi ait, absolutio nem a reservatis posse impendi à prima die infirmitatis periculose, ut doloris lateris, pleuritiidis, sedque sive periculum mortis quis adeat propria sponte, sive causa aliqua urgente, seu mortali necessitate coactus. Sic ille.

RESOL. IV.

Quando censetur non adesse copiam Confessoris habentis potestatem in censuras, & peccata reservata, ut possit constitutus in articulo mortis absolvi à quocunque Sacerdote? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 65.

§. 1. ALIQUI dicunt, ubi ipse aegrotus, etsi illum adire nequit, nec potest accedere, potest tamen Confessor illum adire, ac petere facultatem, & tunc dicunt non dici deesse copiam Confessoris superioris, & ob id volunt, ut debeat procurare aegrotus per litteras, vel per Confessarium, aut per aliam facultatem. Mihi verò admodum placet, ut verè di- catur non adesse copia, quando nec constitutus in eo periculo potest personaliter Superiorem adire, ne- que eum commodè accedere, quia aut non venit, aut magna nota erit. Nam jus non obligat poeniten- tem, ut se per tertiam personam Superiorem presen- tet, sed per ipsum, & quando per seipsum non po- test, illum impeditum judicat, cap. quavis, de sent. excomm. & ita tenet Sanchez in summa tom. 2. lib. 2. c. 13. num. 14. nec est gravamen Confessoris ad eundem Superiorem pro facultate, sed poenitentis in poenam sui delicti; & ob id, dum non potest eo modo, quo dictum est, dicitur verè impeditus, & tunc caret copia Confessoris. Et hac omnia docet etiam Floronus de casib. reserv. p. 1. c. 4. §. 19. n. 9. cui adde Trullench. in Bull. Cruciat. lib. 1. §. 7. c. 2. dub. 5. num. 6. & Henriquez lib. 6. de poenit. cap. 9. n. 7. & lib. 5. c. 29. n. 3.

2. Sed supradicta procedunt in opinione illorum, qui asserunt in articulo mortis adhibendum esse Prælatum ad confessionem, si fieri potest, vel ab eo petendam facultatem: quam sententiam tenet Sua- rez tom. 4. disp. 26. sect. 4. num. 4. & tom. 5. disp. 22. sect. 1. n. 62. & de fide disp. 21. sect. 4. n. 22. cum Pom. I.

aliis DD. quos citat, & sequitur Sanchez in Sum. tom. 1. lib. 2. c. 13. n. 7. Sed quia ego contrariam sententiam probabilem esse puto, dico quòd in tali casu non tenetur mittere Confessarium, ut petat à Su- periore facultatem, quia hoc esset magis onus Con- fessarij, quam poenitentis, neque eum teneri Superiorem adire, quamvis possit, e. g. sint simul in ea- dem domo Prælatus & subditus, hic tamen habeat crimina reservata Prælato, non tenetur illum adire. Et ita pràter alios docet Hurtadus de Mendoza vol. 1. de fide disp. 84. sect. 8. §. 125. juncto §. 149.

3. Nec valet dicere, quòd finis auferendi reser- vationem in mortis articulo fuit, ne cui reservatio esset causa aeternae ruinae; sed praesente Superiore, aut proprio sacerdote, nulla est occasio ruinae, quia adest copia Confessoris; ergo tunc non potest qui- libet adhiberi. Respondeo ex ipsis autoribus ces- sante privativè sine legis in particulari, non cessare vim legis ipsius; cessante verò contrariè, cessare vim legis; sed in eo casu cessat finis legis privativè, non verò contrariè, cessat enim occasio ruinae, non ta- men imminet ruina, si confessio fiat apud alium praeter sacerdotem proprium: ergo non cessat vis legis. Deinde non cessat omnino finis legis, occasio enim aeternae ruinae non solum oritur ex inopia Con- fessoris, sed ex difficultate, quam communiter homi- nes sentiunt in adeundo Prælato. Ecclesia verò om- nem difficultatem voluit in eo articulo removen- dam, ut quam maxima facilitate moribundus antea- ctæ vite rationem cum Deo componat. Quòd si quando hominibus volentibus aperit Ecclesia be- nignitatis thesaurus, ablata criminum reservatione, quid agendum est à pia matre cum filio, ultimum spiritum exhalante: an cum illo durius aget, quam cum valentibus agendum cenlet interdum? Ad hæc nec opus erat reservationem auferre: possit enim aget indirectè absolvi à quovis sacerdote in absen- tia Prælati, tunc autem nulla esset occasio ruinae, quia aget Deo reconciliaretur. Voluit ergo Ecclē- sia omni benignitate tractare morti vicinos, illorum supremos miserata dolores.

4. Ad argumentum in forma distingo majorem. Finis fuit, ut nulla esset causa ruinae praecise; nego majorem, ne esset causa ruinae nec occasio, nec dif- ficultas ad salutem, concedo; sic distingo mino- rem, non est causa absolute concedo minorem; non est occasio orta ex difficultate, nego minorem, & consequentiam. Item ille est finis, quo privativè cessante, non cessat legis vis. Et hac omnia docet Hurtadus ubi supra cui adde Tannerum 10. 4. disp. 6. q. 19. dub. 3. n. 67. Coriolanus de casib. reserv. p. 1. sect. 2. art. 8. n. 7. Finellium de casib. reserv. cap. 8. n. 3. Unde ex his refellenda est opinio Zambrani de Sacram. Poenit. c. 4. dub. 4. n. 15. ubi docet in arti- culo mortis, si infirmus habeat casum reservatum, mittat per Confessarium pro ejus licentia, non nomi- nando personam poenitentis; sed hac, ut dixi, ex supradictis fati remanet labefactata, & illam re- probat Marchinus de peste part. 3. cap. 3. num. 25. Trullench in Bull. Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 5. n. 3. & Ludovicus de la Cruz in Bulla Cruc. disp. 3. c. 34. dub. 15. num. 6.

RESOL. V.

An simplex Sacerdos possit absolvere à censuris, & casibus reservatis omnes parturientes, tanquam con- stitutos in periculo mortis? Ex p. 3. tr. 4. Ref. 72.

§. 1. AD hanc questionem affirmativè videtur respondere Bellochius tr. de cas. reserv. Refol. seq. & p. 1.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 8. Ref. 26. §. 1. à lin. 3. à vers. Diffi- cultas, & seq. & in Ref. 28. ante me tium, à ver. Nec re- netur. & hic Ref. in Ref. 11. à lin. 5. à vers. Nec te- netur. & le- ge etiam in tom. 5. tr. 8. doctrinam §. 3. Ref. 24. quamvis ibi pro impedi- mento per- petui, & si- gnanter in dicto to. 5. tr. 1. ex Ref. 206. §. Ad- verte.

TON. ...

infra in Ref. § 3 Nota & in to. 3. tr. 1. Refol. 41. § Secundam. in fine, & in tom. 9. tr. 7. Ref. 126. in fine.

p. 1. q. 2. num. 128. ubi sic ait: Quoad mulieres prægnantes proximas, aut vicinas partui, vel partus dolores jamjam sentientes, an dicantur posite in periculo mortis, ita ut possint à reservatis absolvi: multi multa dicunt. Navarrus in man. cap. 2. n. 9. in fine, dicit, quod periculum mortis limitandum est in muliere, quæ nunquam peperit, vel experta est partus difficiles. Idem fatetur Sotus in 4. dist. 18. q. 1. artic. 5. & Grassius part. 1. lib. 1. cap. 11. num. 7. & Fulgositius in l. 2. §. sed etsi qua cautioni, dicit hoc non habere locum in mulieribus rusticis, quæ pariunt sine dolore, ut plurimum, & pro nihilo dicunt parere etiam binos. Abbas tamen in cap. pastoralis, §. 1. n. 3. de offic. ordin. tenet, quod indistinctè habeat locum in omnibus mulieribus parturientibus. Et hæc sententia indistinctè admittenda est hoc modo, si scimus, jam ita partui propinquas, quæ dolores sentiant, & eo casu nulla est expectanda facultas à superiori, si verò non sunt ita partui propinquæ, tunc est expectanda Superioris licentia, quia non subest mortis periculum. Hæc omnia Bellochius.

2. Sed contrarium præter Navarrum, & alios, quos ipse citat, docet etiam Finellius tr. de casu reservat. c. 8. n. 8. ubi asserit: Non qualibet prægnans paritura in eodem periculo mortis constituitur, sed ea quæ primum partum sit editura, vel quæ aliis difficiles, & periculosos partus solita sit habere. Ita ille, & ego.

RESOL. VI.

An prægnantes sint in articulo mortis, ita ut absolvi debeant sicut cæteri moribundi? Ex part. 5. tr. 3. Refolut. 63.

Sup. hoc in §. 1. Ref. præterita, & in aliis ejus an. not.

Non desinam hic apponere opinionem ejusdem Hurtadi de Mendoza loc. cit. de fide vol. 1. disp. 84. sect. 8. §. 126. ubi sic ait: Primis gestationis mensibus prægnantes non esse in articulo mortis ob præcisam rationem prægnationis, quia tunc per se nullum imminet periculum, gestatio enim non minatur periculum, nisi in partu. Ut ergo qui lethali morbo premuntur, lento tamen eos non interrupturo, tam citò non possunt absolvi à privato Sacerdote ante tempus morti vicinum, ita nec prægnantes ante tempus partui vicinum, qui est mensis octavus completus, ineunte jam nono, partus enim septimestris est rarus, quapropter si ante id tempus urgeat confessionis præceptum, aut velit ipsa accipere Eucharistiam, est confessio facienda, ac si non prægnaret, nisi per accidens esset in aperto vitæ discrimine. At omnes prægnantes esse in mortis periculo, est probabile, dum sunt jam paritura; non est discrimen inter expertas, & inexpertas, imò inexpertæ sunt apertius in periculo, ob quod plures pereunt in primo partu, quàm secundo, aut tertio. His diebus in hac urbe interiere duæ primo partu repente criminibus inexpectatis confessione, & quæ multos partus felices sunt expertæ, tandem in officio moriuntur. Partus enim multas ob causas æquivalet gravi morbo, dum minus de morte cogitatur repente eam minatur. Opinor item omnem mulierem parituram teneri per se ad expianda crimina, antequam partu periclitetur, excusari autem per accidens ex ignorantia, aut inconsideratione, quia cum multæ quotidie pereant, nesciunt an ea fors eas continget, & quidem nulla prudens & timens Deum non se comparat ad moriendum, antequam se partui committat. Ita Hurtadus. Sed hæc opinio videtur aliquibus nimis ti-

gida, nam mortis articulus est ille, in quo frequenter moriuntur, sed in partu mulieres non frequenter pereunt; ergo dicendum est non omnes prægnantes jam parituras esse in articulo mortis, sed illas tantum quæ difficilem expertæ sunt partum, vel ad plurimum, quæ primò pariunt, ut ego alibi probabiliter cum multis Doctoribus probavi; quibus nunc addo Sanchez in Summa tom. 1. lib. 2. cap. 13. num. 4. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 12. n. 13. Sotum in 4. distinct. 18. quest. 1. art. 5. Grassium part. 1. lib. 1. cap. 11. num. 7. Floronum de casibus reservatis part. 1. cap. 4. §. 20. num. 4. Tannerum tom. 4. disputat. 6. quest. 9. dub. 3. num. 74. Marchinum de peste part. 2. cap. 1. num. 24. Posslevinum de officio Curati cap. 7. num. 77. Alterum Hurtadum de Sacrament. Penitent. disputat. 10. difficult. 9. Finellium de casibus reservatis cap. 8. num. 8. & Fagundes pr. 2. lib. 1. cap. 1. num. 7. ubi docet tunc prægnantes esse in articulo mortis, quando nunquam pepererunt, & quando partus difficiles expertæ sunt. Et ideo Trullench in Bull. Cruciat. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 4. num. 5. sic ait: Indifferenter verum non videtur id, quod docet Sylvester ver. Absolutio 1. §. 10. omnes prægnantes posse absolvi ab omnibus reservatis, nisi quando difficiles partus solent habere. Ita ille, cui adde Ludovicum de la Cruz in Bulla Cruciatæ, disputatione 1. cap. 3. dubio 28. num. 6.

2. Verum his non obstantibus sententiam Hurtadi de Mendoza tenet etiam Abb. in cap. pastoralis, n. 3. de officio Ordinarij, & novissimè docet illam Petrus Bellochius in praxi morali Tract. p. 1. q. 2. n. 129. ubi sic ait: Hæc de mulieribus prægnantibus sententia indistinctè admittenda est hoc modo in jam ita partui propinqua, quæ dolores sentiat, & eo casu nulla est expectanda Superioris licentia; si verò non sit ita partui propinqua, tunc est expectanda facultas à Superiore, quia non subest mortis periculum. Sic ille.

RESOL. VII.

An qui voluntariè prælium, vel navigationem periculosam aggreditur, possit absolvi tanquam constitutus in periculo mortis?

Et advertitur quoad absolutionem idem esse periculum, & articulum.

Et notatur quemcumque Sacerdotem potentem alias absolvere saltem à venialibus, habere facultatem in articulo mortis absolvendi quoscumque penitentes à quibuscumque peccatis, & censuris quantumvis alias reservatis Sedi Apostolica, aut cuivis alteri Superiori; etiamsi præsens sit proprius Sacerdos, qui alias habeat facultatem absolvendi ab omnibus.

Et docetur, quoad quando Sacerdos est impediens heresi, apostasia, schismate, & similibus impedimentis mortis penitenti, tunc non potest in articulo mortis absolvi ab illo, si adsit alius censura carens, aut prædictis, & similibus vitiis.

Et an possit Sacerdos absolvere à reservatis in articulo mortis, quando penitens solum habet reservatas, adest tamen Parochus, vel alius Sacerdos expressus ab Episcopo pro audiendis confessionibus?

Et quid si cum reservatis habeat penitens aliqua peccata non reservata, & adsit Parochus, vel alius approbatus, an tunc sint præferendi simplici Sacerdoti? Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. Ref. 29.

§. 1. Supponendum est id quod alibi probavimus, quoad absolutionem idem esse periculum, & articulum mortis, & ita me citato docet ex pluribus

pluribus Dicastillis ubi infra. Sed Sanch. in *Summa* *rom. 1. l. 2. c. 13. n. 1.* limitat hanc sententiam cum Corduba, ut morali necessitate cogente, absolvendus in id periculum incidere debeat. Explicat Sanchez supra cum Corduba, ut, si necesse alicui sit ex urgenti causa navigationem periculosam, aut praelium aggredi: quando enim propria sponte aggreditur, non dicitur constitutus in mortis periculo, sed ipse vult se constituere. Unde stando in hac limitatione, quam adducit Sanchez, respondendum videtur ad dubium huius resolutionis negativè.

2. Sed ut verum fatear, hæc sententiâ Sanchez nunquam mihi arsit, & novissimè invenio eam repellere Dicastillum de *Sacram. tom. 2. tr. 8. disp. 10. dub. 16. n. 410.* Nam eo ipso quod quis licite potest aggredi prædictam navigationem, vel interesse praelio cum prædicto periculo, etiam si alias possit aliam vivendi rationem instituire, si tamen velit alterutrum illorum periculum subire, censetur constitutus in periculo mortis, ut possit absolvi, atque imprius praelium justum, statisque militia, & navigatione per maria, sunt res utiles, & fere necessaræ Republicæ. Quod debet fieri in Republica per aliquos homines, sive hos, sive illos. Unde, si cert bonum proprium & speciale, grave & alicujus momenti censetur sufficiens, ut talis homo diceretur constitutus in tali periculo; ita etiam bonum commune Reip. itaque universim loquendo, qui non in fraudem legis reservationis peccatorum, & censurarum, sed quia sic placet vitam instituire, & e re sua fore judicat vel navigationem ingredi, vel militiam, vel praelium, etiam si alias possit aliud vitæ institutum sequi, censetur sufficienter constitutus in articulo mortis, ut possit absolvi. Quod sic amplius declaro: Vel ille homo qui navigationem aggreditur, aut praelium, quando habet casus reservatos peccati, aut non peccat: Si dicas peccare, durum omnino videtur ex vi præcepti reservationis peccati, velle illum obligare ad non navigandum, vel praeliandum alias licite, neque id potest sufficienter probari: nec enim præceptum illud videtur obligare ad existendum, & permanendum in eo statu, in quo suo tempore possit; atque adeo, cogatur ire ad Superiorem per se, vel per alium pro beneficio absolutionis; solum enim ex vi reservationis tenetur ad hoc, ut quando infret præceptum confitendi, compareat, si possit, coram Superiore. Si verò dicatur, ut verum est, non peccare aggrediendo praelium seu navigationem; non video, cur homo certus id facere, non possit absolvi, cum jam moraliter censetur constitutus in periculo. Quod autem sit constitutus à se, & propria voluntate, si alioquin se licite constituit, parum refert. Accedit quod si de facto se constituat, etiam si propria voluntate id faciat, jam semel constitutus poterit absolvi; neque id ut puto negabunt adversarij, si peccaverit se constitutendo, sive non, tunc enim si non possit se abducere ab aliquo periculo, jam saltem perseverantia est necessaria; sicut etiam si quis lethaliter, aut periculosè seipsum vulneraverit, sciens & volens, poterit nihilominus absolvi. Ex quo sic argumentor pro nostro casu. Ille cum casibus reservatis vult aggredi praelium, aut navigationem, non peccat, & semel ingressus potest absolvi; ergo jam jam ingressus censetur esse moraliter in eodem periculo, a quo alias non tenetur se subducere, & abstinere; ergo frustra negabitur illi absolutio permixta in periculo mortis. Confirmatur, quia eo ipso, quod tale institutum vitæ aut talis actio permittitur tali homini, censetur in Ecclesia inter eos, qui pro tunc sunt in periculo. Et hæc omnia docet Dicastillum ubi supra.

Tom. 1.

3. Notandum est hic, sententiam quam ego alibi solum tanquam probabilem admiseram, novissimè, absolute, & tanquam probabiliorè docere Dicastillum ubi supra *dub. 14. n. 337.* videlicet quemcumque Sacerdotem potentem alias absolvere saltem à venialibus, habere facultatem in articulo mortis absolvendi quoscumque pœnitentes, à quibuscumque peccatis & censuris, quantumvis alias reservatis. Secundi Apostolicæ, aut cuivis alteri Superiori, etiam si præfens sit proprius Sacerdos, qui alias habeat facultatem absolvendi ab omnibus. Et respondet ad omnia argumenta adversariorum: limitat tamen hanc sententiam, quod quando sacerdos est impeditus hæresis, apostasia, aut schismate, & similibus impedimentis, notis pœnitenti, tunc non potest pœnitens in articulo mortis absolvi ab illo, si adsit alius censuris carens, aut prædictis, & similibus vitiis.

4. Sed stando in opinione contraria, quæritur an possit simplex Sacerdos absolvere à reservatis in articulo mortis, quando pœnitens solum habet reservata; adest tamen Parochus, vel alius Sacerdos expositus ab Episcopo ad audiendas confessiones.

5. Negativam sententiam docet Sanchez ubi supra *n. 10.* Suarius *disp. 26. sect. 4.* Zambran. *c. illo 4. dub. 4. n. 16.* Probat, quia cessat necessitas, & approbatus ad audiendas confessiones est absolute & simpliciter Confessarius ab Ecclesia designatus, licet impeditus sit quoad reservata.

6. At ego affirmativè sententiæ adhaereo, quam tuetur Dicastil. ubi supra *n. 398* nam dicere quod talis Ordinarius, aut delegatus, aut approbatus habeat potius jus ad audiendas confessiones (ut ait Sanchez) quam alius simplex sacerdos, aut est petere principium, & assumere pro antecedenti id ipsum de quo disputamus, aut est assumere falsum, aut omnino extra rem. Quæ omnia sigillatim probò. Si enim dicat Sanchez habere potius jus ad audiendas confessiones casuum sibi alioquin reservatorum, petit principium, & assumit pro antecedenti id, de quo disputamus, ut patet. Si autem dicat habere potius jus ad audiendas confessiones, id est ad efficiendum Sacramentum confessionis in aliqua materia quæcumque sit vagè & indeterminate, falsum assumit. Nam etiam simplex sacerdos habet potestatem efficiendi verum sacramentum, saltem circa peccata venialia, vel mortalia jam ritè confessa, quod est tam verè & propriè sacramentum Confessionis, atque factum circa mortalia non confessa; ad quod sacramentum non minus jus habet simplex sacerdos, quam Parochus, aut Delegatus ad sacramentum aliquod factum etiam circa mortale. Si denique dicat habere potius jus ad audiendas confessiones mortalium non reservatorum; adeo verum est, ut ipse sit tantum, qui habeat jus; simplex verò sacerdos nullo modo. Hoc tamen omnino est extra rem; nam quod habeat potestatem circa alia peccata, impertinens est ad potestatem circa reservata, nec ob eam causam censi debet habere alias potius jus ad confessionem circa reservata, quorum non est iudex competens, alioquin sequeretur quod si essent duo sacerdotes, quorum unum non habeat tot casus reservatos, à quibus non possit absolvere, atque habeat alius, verbi gratia, si uni referrentur blasphemia, & Sodomia, & alteri tantum blasphemia, hunc debere præferri alteri, quia in hoc sensu haberet potius jus, quam alius, siquidem ad plura peccata absolvenda se posset extendere, quam alius, quod nemo sanæ mentis concedit. Nam habere potestatem ad aliquod peccatum absolvendum, ad quod non habet alius, solum in ea re inducit inæqualitatem, non in alio extra illam rem.

Alibi supra in tr. 4. Resol. 43. & si placet lege alias Resol. eius annor. & signanter in tom. 3. tr. 1. Resol. 41. § Itaque.

Sup. hac limitatione signanter in Resol. 1. an. not. præterita.

Sup. hoc si vacas ocio lege doctrinam Resol. 1. not. præterita, & aliarum eius not. signanter, sicut dicitur Resol.

7. Præterea si ineptè quis diceret iudicem habentem potestatem ad iudicandum in causis unius oppidi omnino diversi Regni, aut Provinciae, habere potius jus ad iudicandum de causis alterius Provinciae, quam privatus aliquis homo. Item iudicem Ecclesiasticum constitutum ad iudicandum de causis, verbi gratia decimaribus, eo ipso habere jus ad iudicandum potius quam alium de causis Sacramento, aut de causis fidei; vel iudex civilis de causis militum qui sunt in castris: sunt enim hæc jurisdictiones circa materias longè diversas: Pari ratione in nostro casu, non ex eo, quod unus Sacerdos habeat jurisdictionem circa quædam peccata, censetur habere potius jus circa alia, quæ non sunt aliâ materia illi subiecta. Itaque existimo in illo casu, etiam supposita sententia, sub cuius suppositione disputamus, quemcumque Sacerdotem, etiam simplicem, alias aptum æquè benè posse absolvere à reservatis sibi, & Parocho; respectu enim illorum peccatorum extra articulum mortis uterque est simplex Sacerdos. Hucusque Dicastrillus; qui tamen optime subdit; Quod si in tali casu penitens habeat simul cum reservatis mortalia non reservata; tunc præferendus erit, qui habet facultatem absolventi à mortalibus non reservatis ei, qui est simplex Sacerdos, quia hic habet jus absolventi aliqua mortalia, quæ tenetur penitens præcepto divino confiteri proprio Sacerdoti, qualis est hic comparatione illorum.

RESOL. VIII.

An venientes possint absolvi à quocumque Sacerdote ab omnibus reservatis tanquam constituti in periculo mortis?

Et quid de obsessis, & obsidentibus?

Et asseritur mulieres etiam gravidas, quæ sunt vicinæ partui, & dolores jam sentiunt, posse à reservatis absolvi.

Et advertitur, quid est faciendum, quando Confessor absolvit penitentem de aliquo casu reservato non habens jurisdictionem? Ex part. 1.1. tr. 3. & Milcel. 3. Ref. 2.

* Quæ nunc hanc sequitur.

§. 1. DE hoc casu dum hæc scriberem interrogatus fui nomine cuiusdam Capellani treremium Militenium, & adduxi me ipsum in p. 5. tr. 3. ref. 62. * sed quia quærebant Auctores, qui absolute assererent partem affirmativam, attuli Joannem Henriq. in q. moral. sect. 5. p. 1. n. 1. ubi sic ait: [Algunos Doctores citados por Tomas Sanchez afirman, que el que esta codenado à galeras, non esta en peligro necessario de muerte, y consequentemente no esta en esse articulo. Peromas creo, que el no parecer à estos Doctores, que no es peligro de muerte el estar en galeras, es por no aver visto lo que alli passa, que por faltar le cosa alguna para articulo, y peligro de muerte. Y assi yo que he visto los peligros que alli ay, juzgo con Manuel de Sà que este es verdadero articulo de muerte; porque si segun todos los Doctores el primer dia que un enfermo cae de dolor de costado, ò de polmonia, ò modorra entra en el verdadero articulo de muerte y no es menester esperar à que este el enfermo agonizando, quien puede dudar de que el primer dia que un hombre entra en galeras, tenga la muerte mas à los ojos, que el enfermo mas peligroso? Este punto se ha disputado en conclusiones en una Religion muy grave, y los Maestros mas doctos que alli asistieron, resolvieron que la opinion de Manuel de Sà era probable, y lo mismo me respondio à mi un Padre muy do-

cto de la Compañia de Jesus.] Ita ille, cui adde etiam Duardum in Bulla Cœna lib. 3. §. 2. q. 2. n. 6. & 15. & licet Sanchez contrarium doceat, quod non censetur esse in proximo periculo, eò vel maxime, quod superveniente necessitate longioris peregrinationis soleant habere Sacerdotes pro confessionibus excipiendi. Verùm hac ratione non obstante, adhuc putarem posse absolvi. Et ratio est, quia licet non semper sint in proximo actuali periculo, tamen illud semper probabiliter timent; sic Mazzuchellus de cas. reserv. disp. 1. q. 3. diffie. 28. n. 106.

2. Sed quid dicendum de obsessis, & obsidentibus? de hoc casu etiam interrogatus fui, annis elapsis tempore obsidionis Civitatis Cremonæ auxilio Dei, & prudentia, ac fortitudine Excell. Marchionis de Catzena ab incurfu Gallorum feliciter liberata, & tunc adduxi Mazzuchellum. ubi supra n. 99. sic asserentem. Tertio enumerantur obsessi, & obsidentibus; Intellige tamen cum triplici limitatione. Primo, quod nomine obsessorum ij tantum veniant, qui actu incumbunt defensionis Oppidi, vel Civitatis obsessæ; non verò alij, qui in loco tuto recepti possunt esse immunes ab ictibus inimicorum, nisi forte etiam ipsi probabiliter timent in ipsos crudelius post expugnationem, quæ verisimiliter timeretur, levitum hostem, & ante expugnationem desperarent omnem copiam Confessoris habentis legitimam auctoritatem absolventi.

3. Secundo, quod bellum sit utrinque iustum; id est obsidio sit iusta ex parte obsidentium, & ex parte obsessorum sit iusta defensio.

4. Tertio, quod qui obsidentur de proximo expugnentur bombardis obsidentium, & pariter obsidentes ipsi arceantur de propè bombardis obsidentium. Unde si ij qui obsidentur, non expugnentur bombardis obsidentium, aut obsidentes ipsi à longè starent; tunc quia non censentur in proximo mortis periculo, inde est, ut non possint à simplici Sacerdote absolvi. Sicuti nec obsidentes ipsi absolvi possent, quoties ex parte illorum bellum esset iniustum, neque obsessi, dato quod ex parte illorum esset iniusta defensio. Hæc ille, qui citat Bossium, Ripam, Sylvestrum, & alios.

5. Nota etiam non desisse Doctores, asserentes mulieres etiam gravidas, quæ sint vicinæ partui, & dolores jam sentiant posse à reservatis absolvi; licet alias peperissent, & fuissent expertæ se non periclitari in partu, nec pati notabilem difficultatem, quales sunt feminæ rusticæ, quæ modicum difficultatem in pariendo patiuntur, etiam si gemellos pariant. Ratio autem horum DD. est, quia qualibet mulier gravis, licet sit assuetæ facilliter parere, tamen est reputanda in mortis periculo, cum partus de sua natura sit res periculosa. Et sicut qui plures tempestates maris evasit, adhuc tamen censetur in mortis periculo, si in nova maris tempestate sit; ita mulier ea, quæ partui est proxima, censenda est in mortis periculo: non obstante quod aliâ experta sit se parere sine difficultate, & periculo; & tum quia posset contingere, ut in utero haberet gemellos, vel partum majorem solito; Et ita hanc sententiam præter alios Doctores à me citatos tenet Magister Inojola in directorio vers. circa absolutionem à peccatis fol. 306. ubi sic ait: Quis verò censendus sit articulus mortis, scire opus est; ne forsitan moraliter distinguentes articulum, & periculum probabile, negemus periclitanti spiritualium subsidium ab Ecclesia constitutis in articulo mortis salubriter præstitutum. Pix namque doctrinæ multum aridet sententia Sylvestri, & Navari, docentium quod periculum mortis, licet naturaliter, & physice differant, non tamen moraliter in materia favorabilissima animabus periclitantibus,

De Aliquibus reservatis. Ref. IX. &c. 269

clitantes, & indigentibus spiritualibus auxiliis. Iura namque, quæ hujusmodi remediis piè provide-
runt, nullatenus ad vim terminorum attenderunt, sed
ad necessitatem potius, quæ utrobique urget. Undè
ille dicitur positus moraliter in articulo mortis, quo
arbitrio boni viri naturaliter est in periculo mortis,
propter infirmitatem, vel propter violentiam, quan-
do bellum actuale aggreditur, vel mare (ubi solent
navigantes periclitari) vel quando etiam mulier
gravida vicina est partui, quantumcumque affueta
facile parere. Ita ille. Sed in his omnibus superius
dictis ego non recedo à sententia, quam docui, ubi
suprà ref. 61. & 62.

6. Sed notanda est hic obiter doctrina singularis
Joannis de Soria in *Epilogo summarum part. 2. tr. 1.*
resol. 1. disp. 6. §. circa Casus reservatos; ubi docet,
quod quando Confessor absolvit penitentem in
aliquo casu reservato, non habens jurisdictionem,
si penitens credit se fuisse validè absolutum, non est
quod postea Confessor laboret; cum enim penitens
fuerit absolutus ab omnibus peccatis, fuit etiam in-
directè absolutus à reservatis per infusionem gra-
tiae. Demum hæc opinio ex absolute prolata,
mihi non placet; idèd puto sequendam esse sen-
tentiam Martini de San Joseph in *mor. 1. Confess.*
tom. 1. lib. 1. tract. 25. de penitent. num. 10. ubi sic
ait. Quando el penitente se confesò con buena
fée, però la absolucion fue invalida, como de ca-
sos reservados de que no pudo absolver al peni-
tente, esta obligado el confessor à avisarle del yerro,
para que se confesse otra vez, porque el confes-
sor es Pastor espiritual y deve mirar por su utilidad
espiritual en caso grave como este, donde el mismo
confessor causò el daño. Però si se ha de seguir
grave daño del aviso, non ay para que darle donde
no ha de aver utilidad, que solamente avia de servir
de volver à confessar los pecados, cosa que no es
de tanto momento, que se aya de obligar con tan
grave daño, salvo en peligro de muerte, donde se
puede temer, que no se volver à mas à confessar,
que à qui siempre se recibien bien semejantes avi-
sos. Ita ille, cui adde Remigium in *pract. Confess.*
tr. 5. cap. 5. §. 20. n. 3.

RESOL. IX.

*An remigantes sint in articulo mortis, ita ut possint
absolucionem obtinere, ac ceteri moribundi? Ex
p. 5. tract. 3. Ref. 62.*

§. 1. **A**git de hoc casu Hurtadus de Mendoza ubi
suprà vol. 1. de fide disp. 84. sect. 8. §. 126.
& sic asserit. De remigibus est controversia, sintne
in mortis articulo? Sà ver. absolutio, n. 4. censet eos
esse in vita discrimine. Sanchez eo cap. 13. censet
oppositum. Ego modò componam utrumque, quan-
do aggradienda est longa, ac biremibus periculosa
navigatio, remiges sunt in mortis articulo, ut de
ceteris cum simili periculo navigaturis dixit rectè
Sanchez & Suarez disp. 21. sect. 4. num. 23. Ratio
est, quia homines frequenter pereunt in ea occa-
sione, & est omnibus periculum pereundi, licet
enim non sint omnes perituri simul, at certè omnes
simul sunt in periculo, nec scitur quis sit evasurus.
Nec expectandum est, ut suboriantur procella, tunc
enim & Confessarij sunt pauci, & multa peniten-
tium turba, & post ponuntur remiges ceteris navi-
gantibus, quia sunt sex biremibus. Nec confessio
tunc fit integra; tutius ergo est confessione integra
præire periculo, quàm eam in tempestate dimidia-
re, ubi totum animum occupat præsens mors in-

Tom I.

tenta procellis. Ego quidem existimo, qui ejusmodi
ineunt navigationes teneri per se lege charitatis ad
se Deo reconcilians, excusari autem nonnullos ex
ignorantia, aut inconsideratione. Item cum imminet
pugna navalis, remiges sunt in periculo mortis. In
his occasionebus accipiendus est Pater Sà, in qui-
bus Pater Sanchez non adverstatur. Extra hos ca-
sus non sunt remiges in mortis articulo; sicut nec
quivis miles prædicatorius est in eo, sed illi dumtaxat,
qui prælio sunt vicini, longè enim absente oc-
casione certaminis non sunt in vita periculo. De iis
loquitur Pater Sanchez, de quibus non est accipien-
dus Pater Sà, & hæc omnia docet Hurtadus *loc. cit.*
Sed circa præsentem quætionem ne deseras videre
Bellochium de *casibus reservatis. p. 1. q. 2. num. 130.*
& Finellium de *casibus reservatis. c. 8. n. 8.* Torreblan-
cam in *pract. jur. spir. lib. 4. cap. 6. n. 24. & 26.* qui-
bus adde post hæc scripta visum Aegidium Trullen-
ch in *Bulla Cruciatæ lib. 1. §. 7. c. 2. dub. 8. n. 5.*
ubi sic ait. Damnati ad triremes non censentur in
hoc periculo, quidquid dicat Sà ver. *Absolutio, n. 4.*
quia id periculum non est proximum, & si aliquan-
do contingat periculum, Sacerdos in triremibus irè
solet confessiones periclitantium excepturus; atque
sæpè triremes ad portum accedunt, in quo est Sa-
cerdotum copia. Ita Trullench.

RESOL. X.

*An bannitus, qui impunè potest occidi, sit in peri-
culo mortis, ita ut possit absolvi, ut moribun-
dus?*

*Et quid, si habeat salvum conductum? Ex part. 5.
tract. 3. Ref. 64.*

§. 1. **R**espondet affirmativè Naldus in *Summa*
ver. absolutio à censuris num. 5. Floronus
de *casibus reservatis p. 1. cap. 4. §. 8. n. 9.* & Bello-
chius in *praxi Theol. mor. part. 1. q. 2. num. 133.* ubi
sic ait: Addo absolutionem ab omni peccato, &
censura posse dari per quemcumque Confessarium
illi bannito; qui potest ubique impunè occidi; &
ratio est, quia ubique & semper versatur in pericu-
lo mortis, non potest tamen illi dari absolutio si ha-
beret salvum conductum. Ita ille.

RESOL. XI.

*An damnati ad mortem sint in articulo mortis, ita ut
possint absolvi modo, quo supra dictum est de aliis
moribundis.*

*Et an si damnati habeant peccata reservata, non tea-
neantur mittere Confessarium, nec Confessarius tea-
neatur adire Superiorem pro facultate etiam si pos-
sit, & etiam si sint simul in eadem domo Prælati;
& subditi? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 61.*

§. 1. **A**d hunc casum ita respondet Hurtadus de
Mendoza vol. 1. de fide disp. 84. sect. 8. §.
125. Afficiendi ultimo supplicio sunt in mortis arti-
culo; lata igitur sententia, & instante executione,
sunt in eo mortis articulo, in quo nulla est reserva-
tio: Nec tenentur mittere Confessarium, ut petat à
Superiore facultatem, quia rectè monet Pater Sanch.
illud futurum oneri Confessatio potius, quàm peni-
tenti, qui quidem adire non potest. Addo eum non
teneri eum Superiorem adire, quamvis possit, e.g. sine
simul in eadem domo Prælati & subditi. hic ha-
beat crimina reservata Prælati, non tenetur illum
adire magis, quàm si esset ex morbo moribundus.

Z 3 Ad

Sap. hoc & sequentibus in hac Ref. supra in Ref. fol. 4. per totam, & in tom. 5. tr. 8. Ref. 24. § 3. & in Ref. 26. à lin. 3. vers. Difficultas. & ad literam eum eodem Hurtado, hic infra citato, in Refol. 28. paulo post initium, vers. Nec tenentur. & in dicto tom. 1. tract. 1. Ref. 206. §. Adverte.

Ad hoc autem non teneri, ostendam §. 149. Ratio est, quia ex sententia iusta, aut iniusta, violentia hic est in articulo mortis, non secus ac qui ex morbo. Hæc autem immunitas à reservatis non oritur ex hac, aut illa occasione periculi, sed ex ipso mortis articulo, ut in eo homo sine ulla difficultate sit expeditus ad se reconciliandum Deo, & cum jam sit excessurus à vivis, non eget eo reservationis fructu, nec cum illo agitur more ceterorum. Ita Hurtadus, cui adde Floronum de cas. reserv. p. 1. cap. 4. §. 20. n. 3. Finellium de cas. reserv. cap. 8. num. 7.

RESOL. XII.

An existens in civitate, & sanus, ubi grassatur pestis, possit à quocumque Confessario non approbato absolvi, tanquam constitutus in articulo mortis? Et advertitur quod debent tamen in casu, de quo loquimur, Episcopi omnes suos casus, omnemque suam auctoritatem omnibus Confessariis à se approbatis, & præsertim animarum curam habentibus concedere, & etiam pro se, & omnibus aliis Confessariis obtinere à Sede Apostolica facultatem absolvendi à casibus, & censuris Papalibus pro præsentibus, & similibus. Ex p. 9. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 12.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam, si pestis sit magna, & valde in illa civitate sævens, tenet Marchinus in *Bello divino*, p. 3. c. 3. num. 4. & seq. putat enim in tali casu cessare omnem reservationem casuum, & censuratum, & omnes Sacerdotes jure divino, vel Ecclesiastico habere facultatem audiendi Confessiones, etsi non approbati fuerint ab Episcopo. Probat auctoritate Doctorum asserentium, habitantes, seu existentes in loco pestilentia infecto, dici esse in periculo mortis, quorum primus, (ex quo alij sumpsere) est Cornelius *conf. 131*. incipiente: *In hac consularione 5. vel 4. Ripa tr. de peste, ut. de privileg. ult. volunt. causa pestis n. 8.* & Homobonus in *exam. Eccles. p. 3. tr. 13. q. 25.*

2. Probatur hæc opinio: quia proxime ingressuri bellum ante actualem pugnam, & navigantes orta procella ante scissionem navis, & actuale naufragium, possunt propter imminens mortis periculum absolvi à quolibet Sacerdote ab omni culpa, & censura: ergo etiam existentes in loco valde pestifero, etsi sani, propter morale periculum pestem contrahendi, & moriendi, poterunt à quocumque Sacerdote absolvi à quibuscumque peccatis, & censuris reservatis. Et tandem sic commodius, & plenius salutem animarum succurritur, cum plures Medici spirituales in tanto periculo constituuntur, & exponuntur. Neque Episcopi possunt esse in hac re rationabiliter inviti, cum agatur de animarum salute.

3. Sed ego de hoc casu interrogatus ab Eminentissimo Cardinali Doria, tempore, quo pestis grassabatur Panormi, negativè respondi, & tunc adduxi pro hac sententia Rutilium Benson. in *Spec. Episc. lib. 1. disp. 1. q. 6. concl. 1.* Et eam nunc invenio docere, doctum, & amicissimum P. Bossium de *jur. Episc. disc. 2. dub. 2. n. 28.* Nam ex sententia contraria sequeretur magna confusio, & perturbatio ordinis Ecclesiastici, & decisionis, & applicationis Parochiarum in eadem Dicecesi, vel civitate, si quilibet Sacerdos indiscriminatim posset administrare Sacramentum Penitentiae quibuscumque penitentibus: etiam invitis propriis Pastoribus, imò etiam invito ipso Episcopo. Quod posset contingere, si tunc quilibet Sacerdos à Jure divino, vel Ecclesiastico haberet auctoritatem audiendi confessiones cujuscum-

que, tamen sani. Ceteras rationes videbis apud Bossium, qui respondebit ad argumenta contraria.

4. Debent tamen in casu, de quo loquimur, Episcopi omnes suos casus, omnemque suam auctoritatem omnibus Confessariis à se approbatis, & præsertim animarum curam habentibus concedere; & etiam pro se, & aliis Confessariis obtinere à Sede Apostolica facultatem absolvendi à casibus, & censuris Papalibus, ut ita facilius, & promptius homines ad penitentiam sub spe abundantioris veniæ obtinendæ alliciantur.

RESOL. XIII.

An absoluti in articulo mortis à casibus reservatis teneantur, si convalescerint, comparere coram Superiore, sicut tenentur, si fuerint absoluti à censuris? Et subditi absoluti ex facultate concessa cum onere comparendi, si ante absolutionem ignoravit dictum onus, an teneatur comparere? Ex p. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 199.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docet novissime Gasp. Hurtado de *sacram. Pami. disp. 11. diff. 13.* quia facultas in jure concessa ad absolvendum à reservatis, quibus excommunicatio annexa est, in articulo mortis, aut alio legitimo impedimento existente, extensa est à DD. ad absolvendum à quibuscumque aliis, quamvis forsan eis non sit annexa excommunicatio. Ergo etiam extendenda est cum eodem onere, cum quo in jure concessa est ad absolvendum ab illis, quibus annexa est excommunicatio. Ita Hurtado contra Suarez. Sed ego sententiam Suarez puto probabilissimam esse, quam docuit Sanctotius de *casibus Papalibus*, cap. 13. num. 147. Navarrus in *man. cap. 26. num. 26.* & novissime docet Guilielmus Mercerus in 3. p. *D. Thom. q. 9. art. 6.* ubi sic ait: Notandum eos, qui propter periculum fuerint absoluti à censuris Superiori reservatis, si evaserint, teneri, ut quamprimum potuerint, sistant se Superiori, non ut iterum absolvantur, sed ut obtemperent mandatis ejus, & nisi fecerint, recidunt in easdem censuras, ut habetur in cap. *eos qui de sent. excomm. in 6.* Sed eos quoque, qui absoluti fuerint à casibus reservatis non habentibus censuram annexam, non teneri ut sistant se illi, cui erant reservati, neque amplius confiteri eisdem. Ita Mercerus.

2. Notandum est tamen hic obiter, quod subditus absolutus ex facultate concessa cum onere comparendi, non tenetur comparere, si ante absolutionem ignoravit dictum onus. Ita Vasquez in 5. *part. rom. 4. quest. 93. art. 1. dub. 6.* Hurtado ubi supra, *difficult. 12.* & alij.

RESOL. XIV.

An quando quis confiteretur, si absque magna nota, & infamia non possit adire Superiorem, relinquendo confessionem, pro absolutione alicujus casus reservati, possit adhuc Confessarius de illo peccato absolvere? Et quid in dicto casu, si quis ob peccatum reservationem incidit in excommunicationem similiter reservatam? Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 49.

§. 1. **V**arij varia dicunt, quos ego alibi adduxi, nunc tanquam probabilem admitto affirmativam sententiam, quam tuctur Dicast. de *sacram. to. 2. tr. 3. disp. 11. dub. 17. n. 205.* ubi sic asserit: Probabile quidem

quidem est alio modo posse intelligi hujusmodi voluntatem Superioris, & sane si hoc modo loquuntur hi Auctores, facile inclinaverim in illorum sententiam, scilicet, quod Confessores, qui ex vi sua facultatis generaliter habent jurisdictionem absolvendi ab omnibus peccatis, à quorum absolutione non impediatur reservatione Superioris, in casu urgentis necessitatis, possint directè absolvere ab iis peccatis, quæ aliàs essent reservata, & pro tali casu prudenter presumatur non fuisse reservata, ut quando urgente necessitate confessionis, est aut impossibilis moraliter, aut valde difficilis aditus ad Superiorem, tunc enim probabiliter potest existimari, quod pro tali casu, & occasione peccatum illud non sit reservatum, quia cum potestas Superioris, & exercitium illius semper sit, & presumatur esse in ædificationem, non in destructionem animarum, & in eo casu reservatio potius cederet in damnum, quam in bonum anime penitentis, non censetur Superior exercuisse suam potestatem reservandi absolutionem pro illa occasione, quando ex reservatione gravissima damna sequerentur, & tanti Sacramenti frequentia, quam possit habere, privaretur, imò communionis frequentia, ad quam etiam non possit accedere nisi urgente necessitate propter impedimentum illius peccati reservati. Itaque voluntas credita vel presumpta Superioris ex parte Superioris, quæ tale peccatum hic & nunc ab inferiori Sacerdote possit absolvi, non est voluntas illa presumpta, aut rati habitio, seu interpretativa, quæ censetur velle hic & nunc, ut tale peccatum, quod reservatum est absolvatur, talis enim voluntas nulla est, nec eam Superior significat actu, ut virtute illius censetur inferior habere jurisdictionem, sed est duplex alia voluntas Superioris: altera, quæ contulit confessario potestatem generalem absolvendi omnia peccata, ad quæ non pertingit reservatio, & alia voluntas Superioris reservantis, quæ non censetur reservare peccata pro casibus tantæ necessitatis, sed se continere citra illam occasionem. Quibus duabus voluntatibus sic probabiliter præsuppositis, & præsumptis, censetur libera, & expedita facultas ad absolvendum ab illis peccatis, quæ extra illam occasionem censentur reservata.

2. Probatur etiam hæc doctrina ex alia simili, videlicet dispensatione alioquin reservatas pontifici in casibus urgentibus, quando non adest, vel difficilis nimis aditus ad Pontificem, sequerenturque peccata, pericula, scandala, &c. si vel dispensatio non conferretur, vel nimis differretur, subijci tunc potestati Ordinarij in propria Diocesi, quia scilicet five in omnibus, ut aliqui putant, five in plerisque paucis exceptis, (ut cautiore docent) id totum potest Episcopus in propria Diocesi, quod potest Pontifex in universali Ecclesia, si non sit à Pontifice reservatum. Pro talibus autem casibus, in quibus illa reservatio urgetur potius in destructionem, quam in ædificationem animarum, non censetur illa dispensationes à Pontifice reservate: ac proinde subiacere potestati Episcopi, alioquin generali. Si ergo in nostro casu, si Confessarius inferior habeat generalem potestatem absolvendi ab omnibus non reservatis, & ex alio capite pro tali necessitate gravi, peccata quæ extra illam essent reservata, prudenter non censentur reservationi obnoxia, ne reservatio urgeat in destructionem animarum, poterit tunc ille Confessarius absolvere directè, hoc autem non est, quia directè possit absolvere reservata, sed quia pro illa necessitate reservata non sunt eo modo, quo pro necessitate articuli mortis non censentur reservata. Hæcque Dicastillus. Satis quidem probabiliter, unde Confessarius audiendo confessiones nobilis

fœmina, quæ confessa est aliquod peccatum reservatum, quæ si non numeret Eucharistiam, Mater ejus in aliquam suspicionem veniret, cum nota, & infamia puellæ, possit inquam in tali casu Confessarius illam absolvere, quia ut probavit Dicastillus, tunc illud peccatum non esset reservatum; Et in doctrina superius posita cessant difficultates, quæ reperiuntur in aliis opinionibus circa præsens dubium, videlicet de absolutione directâ, & indirectâ, vel de expressione omnium peccatorum, vel tantum de non reservatorum.

3. Sed quid dicendum stando in opinione, quod in tali casu possit Confessarius absolvere directè à reservatis, & indirectè à non reservatis habeat locum quando quis ob peccatum reservatum incidit in excommunicationem similiter reservatam, ita ut excommunicatio non cadat sub jurisdictionem inferioris Sacerdotis, Sotus, Suarez, Henriquez, & alij sententiam tenent negativam, quia per excommunicationem interim dum subsistit, impeditur absolutio Sacramentalis à quibuscumque peccatis etiam à non reservatis, atque adeò tunc nulla potest esse absolutio indirectè reservatorum, quæ essentialiter supponit directam aliorum, ea verò tunc propter excommunicationem non habet locum.

4. Verum mihi opinio affirmativa videtur probabilis cum Dicastill. ubi sup. n. 313. Nec igitur quod adhuc possit absolvi indirectè à reservatis, & directè à non reservatis maxime quando excommunicatio est tolerata, tunc enim absolvitur ab habente jurisdictionem ac proinde valide, si cætera adsunt requisita, sicut quando quis absolvitur à non reservatis directè, & indirectè à reservatis ob inculpabilem oblivionem omissis. Ratio est quia pro tali casu non censetur excommunicatio impedire; loquimur enim in casu maxime necessitatis; cumque excommunicatio solum impediat susceptionem Sacramentorum ex lege, & institutione humana Ecclesiastica, leges autem humane etiam Ecclesiastica non censentur obligare in casibus urgentissimis, & maxime necessitatis, ita hæc excommunicationis probabiliter ceteri potest in tali casu non obligare. Atque est doctrina Suarj disp. 31. sect. 3. n. 6. ubi expressè docet quoties excommunicatus qui non potest absolvi ab excommunicatione accipere potest licite Sacramentum Eucharistia, posse etiam licite recipere sacramentum penitentia, quantum est ex parte excommunicationis: nec enim minus potest in uno quam in alio Sacramento. Supposita verò, necessitate, quæ honestat susceptionem, Eucharistia non obstante excommunicatione etiam honestate potest confessionem. Imo hæc ordo est maxime contentaneus juri naturali divino præmittendi confessionem, ante communionem. Unde si Ecclesia pro eo articulo necessitatis vel non potuit, vel noluit prohibere excommunicato Eucharistiam, nec etiam confessionem censetur prohibuisse.

RESOL. XV.

In Sacra Penitentiaria conceditur aliquando facultas absolvendi pro hac vice, quaritur, quomodo sit intelligenda illa particula?

Et notatur, quod quando in Sacra Penitentiaria quis peteret facultatem pro uno indigente licentiâ, ut possit absolvi pro una vice, non censetur exclusus ipse petens.

Et quid, si aliquis peteret facultatem pro una vice, pro casibus reservatis, an includatur in hac petitione ipse petens? Ex patt. 11. tract. 8. & Misc. 8. Res. 48.

Sup. hoc casum infra in Res. 27 in fine & ne deseras legere doctrinam Res. 34. & aliarum ejus primæ not. & in tom. 5. tr. 1. Res. 18. per totam, & si gnauer ad lin. 2. & supra in tr. 4. 25. & 38. & in 5. 11. 6. Res. 114. §. Sed difficultas. & ut melius discas solvas hæc quæst. vide infra doctrinam Res. 32. & Res. & 58. ejus annot. & in tom. 9. tr. 7. Res. 123. paulo post initium, à vers. Imo, &c.



Quamvis non plene sup. hoc lege tamen doctrinam §§ Ref. ult. annot. seq.

§. 1. Certum est intelligendum esse illam facultatem cum aliqua temporis limitatione; Pertractat hoc dubium Eminentissimus Cardinalis Lugo de *Sacram. pœnit. disp. 20. sect. 8. num. 125.* ubi sic ait: Petes quid si ille pœnitens differat usum facultatis quam habet, eligendi confessarium pro hac vice: & interim committit alia peccata similia? Si enim concedamus posse differri ulterius, & ulterius, & semper manere eandem facultatem ad absolutionem ab omnibus commissis usque ad diem, qua pœnitens utitur facultate, sequitur posse ad finem usque vitæ differri, ut in senectute faciat se absolvere semel, & simul ab omnibus peccatis totius vitæ; quod videtur esse contra mentem Sacre pœnitentiariæ concedentis illam facultatem pro hac vice.

Sup. prima doctrina cōtenta in hoc § lege infra Ref. 47. & Ref. e us primæ not. & quamvis iō plene sup. doctrina hujus Ref. vide tamen in tom. 3. tr. 2. ex Ref. 50. §. Sed quid & seqq.

2. Respondeo illa verba, *Pro hac vice coarctare proculdubio facultatem*; non tamen, ita ut à peccatis solum ante concessionem commissis possit absolvi; sed à commissis, vel committendis ante absolutionem intra certum tempus quod sufficiat ad verificandam moraliter illa verba pro hac vice. Aliunde tamen videtur ex hoc fieri quod etiam si nulla peccata nova commisisset post concessionem; non posset tamen uti illa facultate ad absolutionem pro peccatis antea commissis, si elapsum fuisset jam illud tempus, quod requiritur ad verificanda verba illa, *pro hac vice*: quod etiam nimis durum, & scrupulosum mihi videtur. Cur enim non posset post annum, vel biennium uti facultate illa in ordine ad peccata sola, quæ antea commiserat; si nondum illo privilegio usus fuerat? Dicitur posse illa verba, *Pro hac vice verificari posse utroque modo*; & alterum ex illis sufficere ad eorum veritatem. Quando enim tempus esset præsens, ita ut nondum conferretur tanta distantia temporis, quæ sufficeret moraliter ad falsificandam illam locutionem, tunc etiam si alia similia peccata nova commisisset, posset eligere confessarium: quia ad hoc diceretur hac solum vice absolvi. Quantum autem temporis possit illis verbis comprehendi, pendet ex iudicio prudentis, & ex circumstantiis: nam quando ea licentia conceditur occasione alicujus festivitatis, vel necessitatis occurrentis, in qua oportet confiteri, minus tempus videtur includi: quando verò aliquis petit à Sacra Pœnitentiaria facultatem semel eligendi Confessarium in ordine ad reservata, & conceditur, *Pro hac vice*, videtur ad majus tempus extendi.

3. Quando verò nulla alia peccata nova post licentiam concessam commissa fuissent, videtur quod etiam si duo, vel tres anni, aut plures elapsi essent, posset adhuc pœnitens uti illo privilegio: tunc enim verificarentur illa verba, *pro hac vice*; ratione materiæ, quæ esset eadem. Itaque ad verificanda illa verba alterum videtur sufficere, quod scilicet, absolutio sit de his peccatis narratis, & non aliis novis, vel quod fiat hoc tempore, moraliter loquendo, & non alio longè distanti. Hucusque Cardinalis Lugo.

4. Verum circa superius dicta, habet aliquam difficultatem Dicastillus de *Sacrament. tom. 2. tract. 8. disputat. 11. dub. 20. numer. 247.* Et quidem (ait) quando facultas conceditur intuitu alicujus festivitatis aut solemnitatis, nulla est difficultas quod detur pro illo tempore, & non ultra. Tota difficultas est, quando absolute non designato tempore repetitur, & conceditur. Dicere autem quod videtur significare Cardinalis Lugo n. 126. est difficile, nempe illa verba, *pro hac vice*, duobus modis posse intelligi, ita ut alterum sufficiat, primò quando tempus moraliter est præsens, & nondum tanta distantia temporis, quæ sufficeret moraliter ad falsi-

ficandam illam locutionem, tunc etiam si alia similia peccata commisisset posset eligere confessarium: secundo quando nulla alia peccata nova post licentiam concessam commissa fuissent, videtur quod etiam si duo, vel tres anni, aut plures elapsi essent, posset adhuc pœnitens uti illo privilegio; tunc enim verificarentur illa verba, *pro hac vice*, ratione materiæ quæ esset eadem. Ex his concludit Lugo, illa particula *pro hac vice*, significari, vel quod intelligatur de his tantum peccatis enarratis, vel quod fiat hoc tempore præsentis moraliter loquendo; id est non nimis distanti. Hoc tamen de tempore non multum distanti satis obscurum est. Quodnam quælo tempus? quot dies? quot menses? quot anni censendi sunt non multum distare? Nam quod ait de duobus, vel tribus, aut pluribus annis, difficile & gratis dictum videtur. Si enim quando dicitur nulla fuisset nova commissa peccata, intelligatur de novis reservatis tantum; quæro quid si commiserit plura alia mortalia non reservata? Et urgeo, iste saltem debet si potest confiteri, & communicare singulis annis; Jam ergo, vel illis annis habuit copiam confessarii, vel non: si habuit, profectò etiam si pluribus annis non fuerit absolutus, & interim commiserit plura reservata, adhuc videatur posse habere locum illa verba, *pro hac vice*, quia toto tempore quo non potest confiteri, nulla vice omisit usum facultatis datæ; atque adeò non est in mora; neque potest dici, quod præterierit occasio; pro qua illa verba, *Hac vice*, intelligi possunt aut debent. Quando enim conceditur facultas pro hac vice, saltem debet se extendere ad primam occasionem, qua possit confiteri; alioquin confessio nulla esset; quid enim prodesset concedi solum pro tempore, quod non potest? Si ergo ille multis annis (puta in captivitate apud infideles) non habuit copiam Confessarii à tempore quo facultatem obtinuit, nemo dicet illam vicem transivisse, sed prima vice, qua poterit confiteri, & confiteatur, videtur confessio comprehendi illis verbis *Hac vice*, quantumvis plura interim peccata sive reservata, sive non reservata commiserit. Itaque res est satis obscura, & vix nisi ex circumstantiis determinabilis. Dicam tamen, quod mihi occurrit cogitanti.

5. Ego si auderem arbitrari in hac re pro licentia data in sacra pœnitentiaria, judicarem illam confessionem, ad quam Ecclesiæ obligat nempe annum, intelligi verbis, *pro hac vice*, cum enim peccator ille ex vi præcepti Ecclesiæ, tantum ad annum tepeatur confessionem mortaliem una vice faciendam, verba *Hac vice* possunt extendere ad totum tempus, quo Ecclesiæ obligat ad confessionem, & sic interpretari facultatem, quam dederunt legitimi Ecclesiæ ministri in dicta sacra pœnitentiaria, ut pro vice intelligant eam vicem, qua debet, & solet fieri confessio Ecclesiasticæ legis præscripto; quando autem quis non haberet toto anno, aut pluribus anni copiam Confessarii; donec illam habeat, meritò cenferi potest manere suspensam jam vicem, vel nondum venisse eam vicem, quam si quis negligat, cum possit & debeat, jam non videtur uti privilegio ea vice, pro qua debet cenferi concessa. Idem dixerim de facultate data ab Episcopo pro casibus sibi reservatis, ut scilicet pro vice intelligat more Ecclesiastico communi, est enim eadem ratio. Si autem agamus de facultate data in ordine Religioso, ubi lege, aut Regula solet præscribi confessionis frequentia major, tunc consequenter verba *pro hac vice*, videntur intelligenda de illa vice, quam lex præscribit, aut regula, & interim si peccata aliqua committantur post datam illam facultatem verbis illis universalibus eligendi Confessarium, & absolvi à reservatis, aut aliis æquivalentibus pro hac vice, si in illo tractu temporis labatur in nova reservata,

reservata, poterit absolvi, juxta dicta. Et hæc omnia docet Dicastillus ubi *supra*. quibus ego adhareo, & valde notanda esse puto, quia casus potest frequenter accidere, & de facto accidit.

6. Notandum est hic obiter, quod quando in sacra Penitentiaria quis peteret facultatem pro uno indigente licentia, ut possit absolvi pro una vice, non censetur exclusus ipse petens; Ita ex Lugo docet Dicastillus. *ubi supra* *dub. 3.* incidente *num. 355*. Sed quid dicendum, an si aliquis petat facultatem à Superiori pro una vice pro casibus reservatis, includatur in hac petitione ipsemet petens, ita ut dicta facultate uti possit pro sua persona. Hoc dubium ego alibi pertractavi, & me citato pertractant Lugo, & Dicastillus. *ubi supra*, quibus adhæret Leander de Sacram. *tom. 1. tract. 3. disp. 1. 2. quest. 55*. Afferit enim in hoc casu attendendam esse intentionem, & consuetudinem, quam concedentes talem facultatem habent. Nam si Superior concedat petenti facultatem absolvendi à reservatis, tunc non possit petens virtute illius facultatis absolvi ab alio; si vero Superior det petenti facultatem non absolvendi, sed eligendi Confessarium pro una persona pro una vice, ut faciat se absolvere à reservatis; tunc non excluditur ipse petens, sed potius includitur, & ita potest illa facultate pro ipsemet uti. Et huic sententia ego libenter adhareo, nam *ubi supra* non ita elare me locutum fuisse recte observat contra Lugum, Pater Dicastillus.

RESOL. XVI.

An qui legitime impeditus non possit ire Romam pro absolutione, teneatur illam per literas obtinere à Sacra Penitentiaria?

Difficilis verò est, an facultas à jure Episcopis permessa in tali casu se extendat ad omnes culpas, & censuras Sedi Apostolica reservatas?

Et quid in casu hæresis?

Et notatur, quod Episcopus potest subditos impeditos absolvere ab excommunicatione Papali sive occulta, sive publica, non audita Confessione sacramentali, & sic subditus absolutus à censura, poterit deinde à quocunque Confessario absolvi à culpa, & in prædictis casibus sive Episcopus, sive subditus sint intra diocesim, sive extra? Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 9.

& interim non possit absolvi à suo Episcopo, prout *supra*? Plerique Doctores respondent affirmative, hoc scilicet, casu posse etiam absolvi à suo Episcopo, afferendo pro regula, quòd is, qui non potest ire, neque teneatur scribere, vel mittere. Quæ sententia, etsi vera sit in theoria; tamen contrarium observatur in praxi, maxime cum non urgeat etiam aliqua causa, quæ constituat periculum in mora, ratione Eucharistia sumenda, vel Missam celebrandi, officium exercendi, &c. Videmus enim semper, occurrente simili casu, scribi Prælato, vel Penitentiaria, & ab eis facultatem expectari. Ratio hujus praxis, secundum me est; quia semper quando quis absolvitur ad reincedentiam, prout datur absolutio ratione impedimenti non perpetui; ubi commode poterit adire habentem facultatem super censuram, à qua sic fuit absolutus; etiam tenetur per se, vel per alium, nempe, Confessarium, vel per scripturam petere absolutionem simplicem, & absolutam, idèd tutius est, ne multiplicentur entia sine necessitate, ut nunc compareat, vel scribat, tangit post Sanchez, etsi loquatur in alio casu, scilicet, absolutionis in articulo mortis, Bonacina *disp. 1. de censur. quest. 3. punct. 3. numer. 5.* & in propriis terminis loquendo, *ibidem, puncto 2. numer. 4.* ubi: *Ego verò existimo; non esse credibile, Papam velle ab Episcopo absolutionem impendi, quando pater recursus ad Sedem Apostolicam.* Ita Leo *ubi supra*.

3. Seclusa itaque tali praxi, loquendo secundum opinionem Doctorum, puto sententiam negativam esse probabilissimam. Et confirmatur: nam, ut docent Layman, Henriquez, Avila, Duardus, & alij, Matritensis, v.g. impeditus ire Romam, non tenetur adire Nuntium ibi commorantem; sed potest absolvi ab Episcopo; quantum magis dicendum est non teneri, si Romæ moretur, adire Sacra Penitentiariam. Et ratio est; quia jura in signum specialis reverentia, ac privilegij requirunt, ut pro absolutione Summus Pontifex adeatur: si ergo idem Summus Pontifex adiri non possit, cessat reservatio papalis, & devolvitur casus ad proprium Ordinatum. Confirmatur ex Avila, & Duardo: nam post Papam, Episcopus est Pastor ordinarius, & proprius; & consequenter Episcopus, in his casibus impedimenti adeundi Papam, absolvit tanquam proprius Pastor, & potestate ordinaria, quæ sublata erat ei per reservationem; restituta verò est existente impedimento recurrendi ad Papam: ergo absolvere potest hujusmodi impeditos, tamen à Legato, si velint, absolutionem obtinere queant. Accedit quòd hæc reservatio casuum papalium, respectu Episcopi, est odiosa, cum in episcopali deroget; ergo strictè est interpretanda. Addi etiam possit quoad Legatum id, quod dicit Molina *tom. 4. de just. tract. 3. disp. 58. num. 5.* sine speciali privilegio non possunt absolvere Legati, nisi ab excommunicatione contracta ob enormem Clerici percussorem, non autem ab aliis censuris papalibus: quia in jure id expressum est tantum de illa excommunicatione. Sed alij Doctores videntur extendere dictam Legati à latere facultatem etiam alias censuras, saltem ubi adest impedimentum adeundi Papam.

4. Ad caput autem, *Ea noscitur*, ab Altherio adductum, ad probandum esse recurrendum ad Legatum, cum fieri potest, ab impedito accedere ad Papam. Respondet Duardus, ex eo id non probari generaliter; nam ibi absolutus (inquit) ideòd tenebatur comparere coram Papa, vel ejus Legato; quia absolutio illa fuerat impensa ab excommunicatione ob Clerici percussorem, à qua potest absolvi, non solum à Papa, sed etiam ab ejusdem Legato, quare (subdit) licet concedamus, quòd in eo casu, quando ab-

Ref. 11 à. i. ge doctrina §. Afferro tercia, & §. Verum ego.

Sup. hoc Nuntio in Ref. 1. not. præterea, ad medium §. 1. & seqq. & in Ref. 2. §. ult. in principio. & in Ref. 3. §. Sed magis. & in Ref. 4. §. Adverte quod. & in Resolut. 6. §. Ego. in fine, vers. adde.

Sup. hoc pro Legato in tom. 5. tr. 2. ex doctrina Ref. 61. cur. in fine §. 2.

TON
URA
1311
III

Quod hoc
est doctrina
§. 1.

§. 1. Negativè
respondet Bossius
de jurisd. Episc.
discept. 1. dub. 3. num. 23. ubi sic ait: [An
excommunicatione, seu casu papali irretitus, qui ob
legitimum impedimentum personaliter ire Romam
nequit pro absolutione; potest tamen mittere pro-
curatorem, qui ejus nomine petat, vel per epistolam
petere absolutionem à Sede Apostolica; possit ab
Episcopo suo absolvi vigore illius facultatis gene-
ralis absolvendi impeditos, cum onere se præsentan-
di? Respondetur, posse absolvi. Ratio est; quia, qui
personaliter ire non potest, à jure non obligatur
mittere procuratorem, vel epistolam; sed solum, si
vult, potest, ac proinde, qui personaliter ad Urbem
accedere non potest, censetur habere legitimum
impedimentum; & sic ab Episcopis absolvi potest.]
Ita ille, qui undecim citat Doctores. Et hanc sen-
tentiam ego docui in part. 4. tract. 4. resol. 58.
2. Sed in tali casu recurrendum esse ad Sacra Peni-
tentiariam tenet pater Theaurus in praxi de pœ-
nis, part. 1. cap. 24. ampliat. 3. & noster Pater Leone
de censur. recollect. 2. n. 900. ubi sic ait: [Quæres pri-
mo, an si hoc casu, quis possit scribere, vel nuntium
mittere ad Summum Pontificem; ad hoc teneatur,

solutio obtineri potest à Legato, non est tribuenda ab Episcopo; quoad alios tamen casus Sedi Apostolica reservatos id negatur, cum super illos potestatem non habeat Legatus. Sed melius respondetur in dicto cap. *Ea noscitur*. & in dicto cap. *Quamvis*. nihil aliud haberi, quam quod Clericorum percussores non ab alio, quam à Romano Pontifice, vel ejus Legato absolvi possunt, præterquam si canonico impedimento detineantur, quominus Romanum Pontificem adire possint; ubi, cum nulla fiat mentio Legati Apostolici, cum non dicatur, si sunt impediti adire Romanum Pontificem, vel ejus Legatum; idem Textus potius favet huic posteriori sententia. Et hæc omnia docet etiam Bossius *Supra, dub. 5. num. 23.*

5. Et si aliter sentiendum esset, vix unquam posset Episcopus absolvere à papali censura, cum ferè semper sint Religiosi, qui potestate absolvendi ab excommunicationibus Papæ reservatis sunt præditi. Dicendum est igitur, quod extraordinaria potestas concessa Legato, aut Religiosis, non tollit ordinariam Episcoporum, quibus jus commune potestatem in necessitate circa censuras Papæ reservatas tribuit easque tollendi.

6. Verum difficultas est, an prædicta facultas absolvendi legitime impeditos, physicè, vel moraliter, adire Papam, à jure Episcopis permessa, sese extendat ad omnes culpas, & censuras Sedi Apostolica reservatas, ita ut nulla sit excipienda; Sanchez *lib. 2. cap. 13. num. 37.* affirmat solum casum hæresis non comprehendi sub dicta facultate absolvendi, idque propter strictissimam ejus reservationem; quando in generali concessione omnium censurarum papalium, etiam contentarum in Bulla Cæne, non intelligatur comprehensa absolutio excommunicationis ob hæresim contractæ. Et hanc opinionem, quoad omnes casus in Bulla Cæne Sedi Apostolica reservatos, amplexus est Martinus Bonacina *rom. 3. de censuris in Bulla Cæne contentis, disp. 1. quest. 22. punct. 2. num. 23.* asserens, sibi probabilius videri, Episcopum, aut alium non posse, per se loquendo, hoc tempore absolvere ab excommunicationibus Bullæ legitimè impeditum adire Romanum Pontificem: tum ob dictam rationem, quod Bulla in reservatione excipit tantum articulum mortis: tum, quia arbitratur ita esse usu receptum: tum, quia contrarium nullo jure sufficienti probari potest. Nec suffragari potest ratio desumpta ex epicheia, scilicet, ex benigna Summi Pontificis voluntate, qui non debeat præsumi voluisse absolutionem reservare, & denegari illi, qui vel omnino non potest, vel saltem sine magno incommodo nequit adire Sedem Apostolicam: quia in dicta Bulla Cæne in clausula reservata expressè constat de contraria Summi Pontificis intentione. Et hanc opinionem tenet etiam Ugol. *de cens. in Bull. Cæn. part. 3. c. 2. §. 4. n. 2.*

7. His tamen non obstantibus, Bossius, *ubi supra dub. 2. num. 17.* putat, Episcopos vigore illius facultatis generalis sibi à jure concessæ absolvendi legitime impeditos adire eum à quo essent aliàs absolvendi, etiam hoc tempore, (quoties non patet aditus ad Papam, vel nisi cum magna difficultate, incommodo, & mora,) posse absolvere subditos à quacunque culpa, & excommunicatione papali, etiam in Bulla Cæne contenta, tametsi ob crimen hæresis contractæ, sub onere tamen se presentandi Papæ, ne, scilicet, pro dilatione absolutionis periculum imminet animæ, &c. quod certè immineret, si prior sententia esset vera: nam ex ea sequeretur, quod qui pateretur perpetuum, vel diuturnum impedimentum, non posset toto illo tempore absolvi, quod contingere non posset hæc magno animæ pe-

riculo, & spiritali detrimento, cum per totum illud longum temporis spatium existeret privatus communione fidelium, participatione Sacramentorum, & Ecclesiæ suffragiis, quamvis à contumacia recessisset, & paratus esset parere Ecclesiæ mandatis. Ergo, cum sit eadem ratio de omnibus casibus papalibus, in casu perpetui, vel diuturni impedimenti, censenda est in Ecclesiæ adesse, & perseverare eadem dispositio.

8. Et tandem Bossius respondens ad argumenta contraria Bonacina, & aliorum, sic concludit: [Itaque Episcopi, etiam hodie, facultate illa generali absolvendi legitime impeditos, possunt absolvere in omnibus casibus occultis, vel publicis Papæ reservatis in illo Decreto, & declaratione Clementis VIII. expressis: scilicet, in omnibus casibus Bullæ Cæne & in excommunicatione contracta, vel ob violationem immunitatis Ecclesiæ, juxta Constitutionem Gregorij XIV. quæ incipit: *Cum aliis nonnulli*. vel ob violationem clausuræ ad malum finem, vel ob provocationem, & pugnam in duello, juxta Decretum Sacri Concilij Trid. & Constitutionem Gregorij XIII. quæ incipit, *Ad tollendam*, vel ob simoniam realem scienter contractam, vel ob confidentiam beneficalem, vel denique ob percussorem Clericorum.] Hæc ille. Sed quidquid sit de aliis casibus, de quibus nunc non disputo, ego doctrinam viri docti, & amicissimi in casu hæresis non admitto.

9. Non tamen, quod Episcopus potest subditos impeditos ab excommunicatione papali, sive occultâ, sive publicâ, absolvere, non audita Confessione sacramentali, seu extra Confessionem sacramentalem: nam illa facultas absolvendi Episcopo concessa est simpliciter, & absolutè sine limitatione ad forum Sacramenti, aut ad forum conscientia. Quare subditus sic absolutus à censura poterit deinde à quocunque Confessario exposito absolvi à culpa: nam in casibus papalibus ablata censura, cessat reservatio. Potest quoque Episcopus, vigore ejusdem facultatis; absolvere à censuris, seu excommunicationibus papalibus, eisdem impeditos minime sibi presentes, sed absentes, ut postea queant à Sacerdote præsentè à culpa sacramentaliter absolvi. Item pro præfatam facultatem Episcopus eisdem subditos impeditos, censuris papalibus innodatos, presentes, vel absentes absolvere potest, sive ipse sit in propria Diocesi, & subditi absolvendi existant extra Diocesim, sive de converso subditi sint in Diocesi, & Episcopus extra Diocesim, sive tam Episcopus, quam iidem subditi existant extra Diocesim. Absolutio namque ab excommunicatione, & censura impenditur pro jurisdictionem voluntariam, que tam pro foro interno, quam pro foro externo, non circumscribitur loco, potestque extra proprium territorium exerceri. Vide Bossium *ubi supra, dub. 7.*

RESOL. XVII.

An impeditus ire Roman pro absolutione casus Papalis, si sit etiam impeditus adire Episcopum, possit à Parocho, vel à quolibet Confessario absolvi? Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 10.

§. 1. **N**egativè respondet Vasquez, *quest. 91. art. 3. dub. 8. num. 4. & dub. 9. n. 23.* Movetur ex eo, quod Trident. *sess. 14. cap. 7. de reform. dixerit*, Sacerdotem extra articulum mortis nihil posse in casibus reservatis. Idem docet Ugol. *de cens. 1. tabul. 1. cap. 4. §. 4. n. 14.* Bonac. *rom. 3. disp. 1. quest. 22. punct. 2. n. 22.* Duard. *in Bull. Cæn. lib. 3. §. 2. quest. 8. num. 28.*

Sup. hoc lege doctrinam omnium Ref. & §. 5. no. prime hujus Ref. Sup. hoc pro impeditis & casu hæresis in t. 9. tr. 7. Ref. 117. lege ab ejus §. Verum. & magis late & signanter in Ref. 118. §. 1. à lin. 5. & vers. Afero igitur. & si perlegis eas per totas, & alij earum annot. doctrina repleveris, & facili hanc quæst. dissolvere poteris, & ne prætermittas in rom. 5. tr. 8. videre Ref. 23. & alias ejus annot.

Sup. hoc
curiam
na. doct.
na. Ref. 117.
5. in casu
necessario
Ref. 117.
28. &

28. & 38. Ed, quod in Decreto Clementis VIII. disponitur, saltem Sacerdotes, & simplices Confessarios, seculares, & Regulares in Italia extra urbem degentes, quocumque existente impedimento ad eundem Sedem Apostolicam, vel Episcopum, cui reservatur casus, & in quacumque necessitate, (mortis articulo excepto,) non posse absolvere: nam id expressè decernitur in dicto Decreto, ut patet ex illis verbis ejusdem Decreti: *Nulla casu, etiam necessitate, vel impedimenti, nisi in articulo mortis.* Cum ergo Summus Pontifex sibi, & Episcopis reservetibus casus in dicto Decreto declaratos reservet etiam in casu necessitatis, præter mortis articulum nullus alius inferior absque delegatione poterit ab eisdem absolvere, saltem in Italia extra urbem: quia de Sacerdotibus tantum de Italia extra urbem Romam degentibus loquitur Decretum.

2. Verum affirmativæ sententiæ adhæret novissimè cum Cano, Soto, & Ledesma, Cast. Pal. tom. 4. tr. 3. disp. unic. punct. 15. n. 3. quibus adde Suar. tom. 4. disp. 30. sect. 3. n. 10. Alther. de cens. tom. 1. lib. 1. disp. 6. cap. 8. vers. *Fundamentum vero.* Filliuc. tom. 1. tr. 7. c. 10. n. 109. Henric. lib. 6. c. 9. n. 7. in *Glossa lit. N. Viguers de Sacr. q. 21. de excom. dub. 3. n. 48.* & alios. Probatum: quia reservatio, ob bonum charitatis introducta, non debet in detrimentum charitatis cedere: cederet autem in grave charitatis detrimentum, & in animarum non leve periculum, si eo casu non posset Parochus ab eo peccato absolvere. Credendum ergo est, eam facultatem esse illi à Pontifice concessam. Neque obstat Concilium asserens, nihil posse extra articulum mortis Sacerdotes in casibus reservatis: quia hoc intelligendum est per seclusus, si à jure, vel ex privilegio concedatur, sicuti Suar. existimat concessum esse, non solum Episcopis, sed etiam Sacerdotibus inferioribus, quoties Pontifex adire non potest: & instat tempus communicandi, ex text. in c. *Nuper. de sent. excom.* ibi à *sua absolvatur Episcopo, vel proprio Sacerdote*, ubi *Glof. infert: Ergo simplex Sacerdos potest absolvere.*

3. Ex his patet responsio ad argumentum P. Vasq. desumptum ex Trident. Ad aliud verò ex Decreto Clementis VIII. respondetur, non obstat: tum, quia per Decretum prohibetur tantum absolutio à reservatis prætextu privilegiorum, & indultorum: tum, quia debet intelligi, ut Trident. scilicet, ut extra mortis articulum, directè, & proprio jure Sacerdotes inferiores non possint absolvere à reservatis Papæ, & Episcopis in illo Decreto contentis: seclus autem indirectè, & ex tacita commissione propter vitandum periculum animarum, juxta c. fin. *de pœnit. & remiss. c. Mulieres, c. Sacro de sent. excom.*

4. Ego verò, ut meam sententiam promam, primà opinio mihi videtur probabilior, & magis conformis Concilio Tridentino, & Decreto Clementis VIII. Affirmativam autem sententiam non audeo, tanquam improbabilem damnare. Vide, præter Doctores citatos, Baunyum in *Theol. mor. tom. 2. disp. 3. q. 32.* & Tanner. tom. 4. disp. 6. q. 10. *dub. 6. n. 112.* ubi sic ait: [Similiter, si excommunicatus excommunicatione Papæ reservatus, propter legitimum impedimentum, Papam, aut alium ab eo facultatem habentem, adire non possit, potest absolvere Episcopus: quod si nec Episcopum possit adire, Parochus, eoque deficiente, quis approbatus Confessarius.] Ita ille.

RESOL. XVIII.

An impeditus adire Episcopum pro suis casibus reservatis possit absolvi à quocumque Confessario expo-

sto cum obligatione comparandi coram Episcopo? Et in §. ultimo hujus Resolutionis explanatur, quid facere debeat absolutus ab inferiori etiam extra articulum mortis à culpis Episcopo reservatis ob accessum ad eundem Episcopum difficilem. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 11.

§. 1. **A**D hunc casum affirmativè respondet Cast. Pal. tom. 4. tr. 23. disp. unic. punct. 15. §. 4. n. 3. ubi sic ait: [In casibus autem Episcopo reservatis, non audeo Suar. disp. 30. sect. 3. concedere hanc facultatem, eò quod recurrit ad Episcopum facilius sit, quàm ad Pontificem. Et præterea de casibus Pontificiis sunt jura concedentia hanc facultatem proprio Sacerdoti, cum non potest Pontifex adiri: quod non invenitur in casibus Episcopo reservatis. At Canus *relect. de pœnit. 5. p. fol. 108. §. Secunda conclusio. Sot. in 4. disp. 18. q. 2. art. 5. ad 1. Ledesma 2. p. 4. q. 8. art. 3. dub. 3. concl. 7.* & idem Suar. disp. 31. sect. 3. generaliter loquuntur de casibus reservatis, & affirmant, quoties ex aliqua gravi causa omitti non potest Communicatio, posse inferiorem Sacerdotem à reservatis absolvere. Movent tamen prædicti DD. hanc absolutionem esse indirectam: siquidem inferior Sacerdos non est propriè Judex illorum peccatorum, & obligationem subit pœnitens coram superiore comparandi. Sed hoc videtur satis consequenter dictum, aliàs jurisdicção ob necessitatem inferiori Sacerdoti communicaretur. Credo igitur, & Judicem esse, tametsi pœnitens obligationem habeat comparandi.] Ita Palaus, cujus sententiam sustinet Henric. lib. 2. c. 15. n. 3. in *Glossa lit. L. & c. 10. n. 4.*

2. Probatum potest etiam hæc opinio: quia etsi ratiùs contigit, ut quis sit impeditus adire Episcopum, & inferiores Prælatos: quia inferior Prælatos propinquior esse solet; nihilominus sapè accedere potest legitimum impedimentum accedendi ad Episcopum, aut alium Prælatus inferiorem reservatorem, & timeri probabile periculum animæ ex dilatione pœnitentiæ, & absolutionis: ergo concessio in jure facta Episcopis, & aliis inferioribus, quoad censuras, & casus Papales in casu legitimi impedimenti, extendenda est etiam ad Parochos, & alios Confessarios respectu censurarum, & casuum Episcoporum reservatorum, ubi ad Episcopum non est facilis aditus, vel non sine gravi incommodo, & mora, & ex dilatione pœnitentiæ, & absolutionis imminere potest animæ periculum: etenim, cum eadem rationes allatæ in reservatis Papæ suo modo locum habeant etiam in reservatis Episcopis: ubi ad illos difficilis est aditus, censeri debet eadem juris dispositio; imò (subdit Henric. lib. 6. c. 15. n. 4. in *textu*) fortior ratio concedit in casu impedimenti Parochi casus Episcopi, quàm Papæ. Confirmat idem Henric. in *textu*, & *Glossa lit. A*: quia ita rationabiliter præsumitur Episcopi, vel alterius Prælati reservatoris voluntas, non quidem ex rati habitatione de futuro (quæ non prodest ex Navarro in *Manual. c. 9. n. 5.* Soto in 4. disp. 18. q. 4. art. 3. & aliis ab eodem Henric. allegatis.) Sed, quia, dum Summus Pontifex, vel Episcopus reservat, inest ea tacita conditio, & concessio, (quæ videntur ipso jure explicari,) & adest tacita rati habitio, de præsentibus, quæ sufficit, ut tradunt prædicti DD. & alij.

3. Sed, quia potest hæc scripta inveniri hanc sententiam affirmativam doceri etiam à docto P. Marchant. in *Tribun. Sacram. tom. 1. tr. 2. tit. 4. c. 8. conclus. 3.* ejus verba per extensum apponam: sic ita aliter: [Quando non patet aditus ad Superiorem reservatorem, vel ejus delegatum, aut non nisi cum gravi difficultate, longa mora, aut detrimento potest inferior absolvere à casibus reservatis Superiori, im-

Sup. hoc in Ref. seq. & in to. 5. tr. 1. ex lita doctrina Ref. 195. In casu autem. & in Ref. 196. §. Non definit, & in dicto tom. 5. tr. 8. Refol. 14. figurat in figura vers. Et superius, & quamvis non plenè super hoc, sed absque obligatione comparandi, lege tamen hic supra doctrinam, Refol. 14. & figurat 17.

TON
PAPA
1811

Sup. hic
28. & 38.
Ed, quod
in Decreto
Clementis
VIII. dis-
ponitur,
saltem Sa-
cerdotes,
& simplices
Confessarios,
seculares,
& Regulares
in Italia
extra urbem
degentes,
quocumque
existente
impedimento
ad eundem
Sedem Apo-
stolicam, vel
Episcopum,
cui reservatur
casus, & in
quacumque
necessitate,
(mortis arti-
culo excepto,
) non posse
absolvere:
nam id ex-
pressè decernitur
in dicto Decreto,
ut patet ex
illis verbis
ejusdem Decreti:
Nulla casu,
etiam necessitate,
vel impedimenti,
nisi in articulo
mortis. Cum
ergo Summus
Pontifex sibi,
& Episcopis
reservetibus
casus in dicto
Decreto declara-
tos reservet
etiam in casu
necessitatis,
præter mortis
articulum nullus
alius inferior
absque delega-
tione poterit
ab eisdem
absolvere, saltem
in Italia extra
urbem: quia de
Sacerdotibus
tantum de Italia
extra urbem
Romam degentibus
loquitur Decretum.

posito penitenti onere comparandi tempore opportuno, & cessantibus impedimentis, coram Superiore aut ejus delegato, sive, ab illo facultatem absolvendi à reservatis habente. Hoc omnino à jure communi concessum censeo ob rationes in Canonibus variis sparsim expressas.

4. Ex quibus omnibus, sic in re practica formo argumentum: Eadem est formaliter ratio recursus ad Episcopos, vel Superiores, aut eorum delegatos pro peccatis, & censuris reservatis, quæ est recursus ad Sedem Apostolicam pro iisdem: sed Pontifex declarat in Canonibus, eos, qui ex impotentia, aut gravi difficultate (ut sunt mulieres, valetudinarij, delicati, senes, impuberes, pauperes, &c.) non possunt adire Sanctam Sedem, posse ab Episcopis absolvi: ergo pariter, qui similibus præpediti non possunt adire Episcopum, vel ejus delegatum, poterunt ab inferiore absolvi, maxime cum onere comparandi, & dato juramento de satisfactione, & obedientia, de quibus statim latè, & distinctè.

5. Ratio verò est: quia pia Mater Ecclesia in suis Decretis, & reservationibus non potest censeri vel obligare ad aliquid moraliter impossibile, vel quod in grave detrimentum spirituale animarum, aut etiam temporale personarum vergit, ut ex istis declarationibus constat. Non est verò interdum minus impossibilis, aut in grave detrimentum animarum, vel etiam personarum, recursus ad Episcopum, vel ejus delegatum, quam ad Sanctam Sedem, et si talis impossibilitas, vel necessitas, sive periculum, non sit tam frequens: unde Confessarij prudenti æstimationi ista sunt relinquenda.

6. Ex quibus infero primò, potestatem absolvendi, quæ à reservatis in hujusmodi necessitatibus, vel periculis inferiores absolvent, esse directam, quamvis interpretativam, & onerosam: adeoque mihi semper vili sunt minus consequenter loqui asserentes, inferiores Sacerdotes in dictis casibus directè à non reservatis, indirectè verò à reservatis absolvere: cum reverà directè ex potestate interpretativa, & onerosa absolvant, quæ eis ex declaratione juris communis tunc concessa censetur ratione declarata: necessitatis, vel impedimenti sufficientis in similibus casibus, & causis. Hæc omnia Marchant. loco cit. qui postea quæst. 9. concl. 2. adducit causas, quibus licet inferiori absolvere à reservatis, ut videlicet, quando quis sine nota, scandalo, infamia, diæternis, suspicionibus, aut similibus, non potest à Communione, Missæ celebratione, Sacramentorum administratione abstinere, nec habet tunc ad manum aliquem, qui à peccatis reservatis absolvat: imò in omni casu, *Ne pro dilatione penitentia periculum imminet animarum*, ut habetur lib. 5. Decret. tit. 39. c. 16.

7. Ratio est: quia Ecclesia per reservationem non censetur suos subditos in aliquod animæ gravamen, vel periculum velle, aut præcipitare, aut in illis eos relinquere absque sufficienti subsidio, maxime cum virtus tota, & finis reservationis æquivalenter in isto onere comparandi, aut satisfaciendi servetur, non tantum in politia externa; sed in obligationibus strictissimis in foro conscientie. Et hæc omnia satis probabilia, & tuta existimo; & maxime notentur à Confessariis: quia in Authoribus non passim obvia, sed in praxi quotidiana: licet etiam probabiliter contrarium asserat Fernandez à Castro Palao, ubi supra citatus, cui adde Altherium de censuris, tom. 1. disp. 6. vers. *Si quis postulet*. Filliucius tom. 1. tract. 7. cap. 10. num. 289. & alios.

8. Notandum est tamen, quòd aliqui asserunt, quòd stando in opinione affirmativa, absolutus ab inferiore, etiam extra mortis articulum à culpâ Episcopo reservatis, ob accessum ad eundem Episcopum dif-

Sup. hoc l. ge doct. i. nam Ref. seq.

ficilem, non remanet obligatus se præsentare eidem ut denuò illa peccata reservata, jam ab inferiore absoluta confiteatur, & ab eisdem denuò absolvatur: cum nemo bis teneatur subijcere clavibus eadem peccata semel ritè per sacramentalem absolutionem remissa. Sed si remanet aliqua obligatio se præsentandi Superiori in tali casu, id non erit, ut denuò peccatum à Superiore per absolutionem auferatur quoad culpam; sed solum, ut eidem Superiori exhibeatur debitus honor, conservetur vigor Ecclesiasticæ disciplinæ; conveniens ab eodem Superiore, ut pote prudentiori Judice, adhibeatur medicina: & etiam præscribatur major satisfactio quoad Deum, vel proximum, si ab inferiore minus benè id factum fuerit. Ob has enim causas fortasse tanquam probabile sustineri potest in dicto casu absolutum ab inferiore à casibus reservatis etiam sine censurâ, tene-ri se præsentare Superiori, quam citius poterit. Ita Bossius de jur. Episcop. disp. 1. dub. 15. n. 163. ex Vasquez in 3. part. tom. 4. q. 91. art. 3. dub. 8. n. 8.

RESOL. XIX.

An si aliquando non pateat aditus ad Episcopum pro casu reservato, possit Confessarius penitentem absolvere? Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 58.

§. 1. **N**egativè respondet Suar. in 3. p. tom. 4. disp. 30. sect. 3. num. 13. quia licet quoties non patet aditus ad Papam, vel Nuncium, nisi cum magna difficultate, & mora, possit Sacerdos inferior absolvere à casibus Papalibus. Non ita dicendum est de casibus Episcopalibus, quia jus commune ita statuit quoad casus Papales, non autem quoad Episcopales.

2. Sed hæc sententia mihi non placet, sicut de Cœlestino in Compend. Theol. moral. tract. 1. c. 23. num. 5. quia par interdum videtur ratio quo ad casus Episcopales, fieri enim potest, ut non minus sit difficilis aditus ad Episcopum, quam ad Pontificem, & adit nihilominus necessitas communicandi, vel celebrandi. Ita Cœlestinus, qui citat Gamachæum in 3. part. D. Thom. de Sacrament. pœnit. c. 20. §. 1. verb. *Ceterum si per inadvertentiam*. Nec te terreat, amice Lector, auctoritas Patris Suarez, nam pro mea, & Cœlestini sententia stat novissimè Jacobus Granado in 3. part. de Sacrament. contr. 7. tract. 10. disp. 7. num. 12. ubi nostram sententiam confirmat ex multis rationibus, ad illum, & non pigebit, ego enim brevitati studeo.

RESOL. XX.

An Penitentarius Ecclesie Cathedralis N. possit ab omnibus casibus reservatis ab Archiepiscopo absque ejus licentia & independenter ab illo absolvere? Et adducitur Cardinali testanti de aliqua re, si vergat in præjudicium tertij, minime credendum esse. Et docetur, consuetudinem legitimè, plenè, & perfectè, atque concludenter probandam esse. Et advertitur, quod consuetudo non solum esse debet rationabilis, sed etiam legitimè præscripta, ita ut per unum actum interrumpatur. Et probatur factum Prædecessoris non officere Successoribus. Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3. Ref. 11.

§. 1. **S**uppono ex declaratione Sacræ Congregationis, teste Barbosa Collect. 581. n. 24. Penitentiarium non posse absolvere à casibus Episcopo reservatis, nisi Episcopus hanc facultatem ei specialiter

litter dederit. Ideo difficultas est in casu nostro, an Pœnitentiarius possit absoluerè à reservatis, vigore asseratæ consuetudinis; Et respondeo, quod cum consuetudo pertineat ad factum, qui eam allegat, tenetur illam probare, vt patet ex cap. 1. de *Constit. in 6. cap. Cum in l. de offic. del. g. cap. Cum Ecclesia Surriua. de caus. posses. & propriet. & ex l. Si quis rem. ff. de custodia reor. l. Asseneratio. C. de non muner. pecun. & docent Doctores, quos plena manu adducit Ludolphus Schraderus de *feud. tom. 2. part. 1. sect. 9. n. 243.**

2. Videndum est itaque, an scriptura N. olim Archiepiscopi, præsentata à R. Pœnitentiario, probet sufficienter consuetudinem ab ipso præsentam absolueri à casibus Episcopo reservatis, independenter à licentia Illustrissimi Domini Archiepiscopi? Et negative respondeo: quia consuetudo legitime probanda est, sed non est legitima probatio, quæ procedit ex testimonio vnus, vt patet ex l. 9. C. de *ureturando*; & ita consuetudinem non probari per vnicum testem; sed plene, & perfectè, atque concludenter probandâ esse docet Hermannus Viticius *vol. 1. cons. 33. n. 34.* Nicolaus Raufnerus *lib. 1. cons. 12. n. 112.* Matthias Vvèbecius *lib. 1. cons. 1. n. 54.* Ludolphus Schraderus, *vbi sup. & lib. 1. cons. 6. n. 45.* Cyriacus *lib. 1. contr. 67. n. 43.* Hulticus Hunnius *in vol. 1. Trentleri super Pandictis dist. 1. Thes. 9. quæst. 62.* & Ioannes Vvrumerus in *Nucleo Iuris controversi super Instituta. lib. 1. tit. 3. n. 11.* & alij penes ipsos. Quibus ex Theologis adde Cætrum Palaum *tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 6. n. 7.* Ergo, cum in casu nostro R. Pœnitentiarius consuetudinem in sui fauorem non probet, nisi per vnicum testem; sequitur, non esse legitime probatam, atque ideo non posse officere Illustrissimo D. Archiepiscopo, ac frustra contra illum adduci dicendum erit.

3. Nec obstat dignitas personæ testis, antequam non solum sit Archiepiscopus, sed Archiepiscopus Prædecessor, ergo, cum de eius interitè ageretur, omnino credendum videtur. Non, inquam, hoc obstat, quia etiâ Cardinali testanti de aliqua re, si vergat in præiudicium tertij, minimè credendum esse alterum Doctores, quos citat, & sequitur nouissime Fragosus de *Republica Christiana. tom. 2. part. 2. lib. 5. disp. 15. num. 8.* & seq. cum limitationibus ibi adductis.

4. Ad id verò, quod sit Archiepiscopus Prædecessor, asserto, factum prædecessoris non officere successoribus, vt ex multis probat Ioannes Baptista Larrea in *allegacionibus fiscalibus. tom. 1. allegat. 16. n. 21.* Surtus *consil. 4. 19. n. 28.* Natta *consil. 437. n. 36.* Sesse *deris. 74. n. 21.* & Auendaño de *casibus. c. 68. n. 23.* & ex Theologis Suarez de *legib. lib. 3. c. 34.* cum alijs penes ipsos: ergo factum Archiepiscopi N. non potuit suis Archiepiscopis successoribus præiudicare. Vnde rectè clamant Iura, quod nemo debet præiudicari, & onerari ex facto alieno, nec factum vnus debet alteri nocere, vt patet in *l. Si quis in suo. §. Legis. C. de inofficijs testam. l. In causa. ff. de Procuratoribus. l. Si vnus. §. Ante omnia. ff. de pactis. & consil. 346. num. 26.* Surtus *consil. 2. 2. num. 29.* & *consil. 173. num. 84.* Thomas de Thomaletis in *Floribus legum, reg. 125.* cum alijs penes ipsos. Patet igitur ex supradictis, consuetudinem asseratam à R. Pœnitentiario non esse plenè & legitime probatam, atque ideo nihil officere.

5. Sed penes me, non solum ex defectu probationis; sed etiam secundum se, & à parte rei dicta consuetudo claudicare videtur. Primò, quia, si inter alia requisita opus est, vt consuetudo sit rationabilis, ex cap. *Cum dilectus. cap. Ex parte. cap. fin. de consuet. leg. 2. C. quæ sit long. consil. & alijs Iuribus, quæ citat, & sequitur Gauffret in Synopsi *Decretalium, lib. 1. tit. 5.* Chalfaneus in *Paratiila ad Decretales, lib. 1. tit. 4.* Vallensis etiam in *Paratiila ad Decretales, lib. 1. tit. 4. §. 2. n. 6.* Valenzuela *consil. 4. ex. n. 66.* Fontanella *tom.**

2. decis. 488. n. 8. Hunnius in *Encyclopedia Iuris. part. 1. tit. 4. c. 3. n. 30. respons. 51. n. 39.* Graueus *lib. 2. consil. 33. n. 7.* & alij communiter. Quo pacto dici potest rationabilis consuetudo, (de qua est quæstio,) cum in ordine ad absolutionem reservatorum constitueret in vna Dicecesi duos Episcopos æquales in iurisdictione, & potestate, & independenter vnus ab altero, ita vt quod vnus edificaret, alter destrueret. Et ideo ex hoc, vt reor, non obstantibus seruitis, & meritis Regularium erga Sedem Apostolicam, visum est Pontificibus nouissime, priuilegia olim Regularibus concessa absolueri à casibus Episcopo reueruatis penitus abolere, & reuocare, vt patet ex Decreto Gregorij XIII. die 10. Septembris 1577. & ex alio Decreto Sacræ Congregationis, annuente Urbano VIII. die 7. Nouembris, 1628.

6. Deinde, non solum consuetudo debet esse rationabilis, sed etiam legitime præscripta, ita vt per vnicum actum in contrarium interruptatur, vt docet Socinus *lib. 1. consil. 7. n. 11.* Romanus *consil. 368. n. 7.* Hippol. Riminaldus *lib. 2. consil. 72. n. 117.* Bartolus *in l. De quibus. n. 16.* & ibi Baldus *n. 29.* Iafon *n. 79. ff. de legibus Glossa in l. Nemo §. Temporalia, ff. de regul. Iur. & ex Neoteris Hunnius in Encyclopedia Iuris, part. 1. tit. 5. cap. 3. n. 29.* Schraderus de *feudis, tom. 2. part. 1. o. sect. 20. n. 157.* Myningerus *Decad. 6. resp. 56. n. 27.* Graueus *lib. 2. consil. 31. n. 16.* & alij; sed in nostro casu, non semel, sed pluries dictam consuetudinem, si forsitan extitisset, interruptam fuisse dicendum est: nam Sacri Antistites in Synodis Dicecesanis semper absolutionem à reservatis sibi competere declarant priuatim quoad alios, vt de facto patet in Synodo Illustrissimi Archiepiscopi non viuentis, & in Synodo Archiepiscopi N. in quo tantum absolutionem à quatuor casibus reservatis supradictis Pœnitentiario concessit, ipso tunc non contradicente, nec reclamante: ergo præsentia consuetudo nunc ab ipso adducta, nunquam fuit legitime præscripta, quia sæpius interrupta. Dicendum est itaque ex omnibus *superius* adductis, asseratam consuetudinem contra Illustrissimum Archiepiscopum, vel nunquam extitisse, vel saltem à R. Pœnitentiario in Scripturis ab ipso alatis plenè, & concludenter, vt opus erat, minimè probatam fuisse.

RESOL. XXI.

Magis firmatur id, quod dictum est in superiori Resolutione; nempe Pœnitentiarius Ecclesiæ Cathedræ non posse absoluerè à casibus Episcopo reservatis. Ex quo sequitur, quod non sit credendum Doctoribus testantibus de consuetudine. Ex part. 9. tract. 8. & Milc. 3. Ref. 1. 2.

§. 1. **V**T magis elucescat veritas firmata in superiori Resolutione, visum est mihi inferius dicenda adnotare. Assero itaque, non deesse Doctores tenentes in individuo, Pœnitentiarium ex vi sue institutionis habere facultatem absolueri à casibus Episcopo reservatis; & ita docet Cuccus *instit. maior. lib. 5. tit. 4. num. 190.* & *cap. 4. num. 224.* Piafecius *in praxi Episcop. par. 2. cap. 1. art. 3. num. 15.* Salazar de Mendoza in *libello de Instit. Canon. Pœnitenti. in Ecclesia Toletana, §. 5.* Quia Concil. Tridentinum *sess. 24. c. 8.* ideo constituit, vt in omnibus Cathedralibus, vbi id fieri commode potest, Pœnitentiarius aliquis cum vnione præbendæ instituitur, (qui sit Doctor, vel Licentiatus in Theologia, vel Iure Canonico, & annorum quadraginta, seu alijs, qui aptior pro loci qualitate inueniatur, quique, dum audiet Confessiones in Ecclesia, interim præsens in Choro censetur,) ne ipsum Episcopum pro absolutione à reservatis adire semper sit necesse: ergo Tridentinum dat

A a eadem

Sup. hoc in tom. 6. tit. 2. Ref. 2. & 5.

eidem Pœnitentiario facultatem absoluendi à casibus Episcopo referuatis, licet id non expressè dicat. Ceterum, quidquid sit, an ex primaria institutione officij, & attento solum Iure Tridentini id possit; nihilominus iam passim vsu, & consuetudine receptum est, vt quasi ex munere, & officio in foro interiori, seu conscientie Pœnitentiarius, iuxta formam Concilij institutus, huiusmodi facultatem habeat, possitque pro eodem foro Pœnitentiæ absoluerè à casibus Episcopo referuatis. Et ita, stante dicta consuetudine, tenet Bossius in *disceptationib. moral. de potest. Episcopi, ascept. 1. n. 51*. Homobonus de *cas. referu. part. 1. §. Pœnitentiariorum facultas*, & Chapeauill. de *cas. referu. cap. 3. quest. 1. Diffic. 2. vbi sic ait*: [Quamuis Concilium Tridentinum expressè non det facultatem Pœnitentiario præfato absoluendi à casibus Episcopo referuatis, vt patet legenti Concilium Tridentinam tamen passim vsu receptum est, vt Pœnitentiarius in Cathedrali, quasi ex officio, ab illis absoluat in foro interiori pœnitentiæ.] Ita ille. Et hæc omnia, satis sunt fauorabilia supradicto Pœnitentiario.

2. Verùm his non obstantibus, ego non recedo à sententia, cui in *superiori Resolutione* adhaesi in fauorem Archiepiscopi; & contra Cuccum, & Piafeciū assero ex sua institutione, & ex vi sui officij non posse Pœnitentiarium absoluerè à referuatis Episcopo, nisi ipse ei specialiter facultatem dederit, cum in Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 8. de casuum referuatorum absoluteione*, nouo iure nihil decretum sit. Et præter Declarationem Sacræ Congregationis à me adductam, hanc sententiam esse magis receptam testatur Machado *tom. 2. lib. 4. par. 4. tr. 5. doc. 3. n. 2.* & illam tenent Garcia de *beneficiis par. 5. c. 4. n. 115*. Gauantus in *Enchir. Episc. verb. Pœnitentiarius. n. 31*. Riccius in *Praxi part. 1. decis. mibi 492. n. 2. Vulpe in Praxi iudiciaria. c. 35. n. 15*. Vgolinus de *potest. Episc. part. 3. cap. 33. n. 3*. Nauarrus *conf. 20. de pœn. & remiss. in 2. edit. Zecchius de Repub. Eccles. cap. 24. n. 16*. Zerola in *Praxi part. 2. verb. Dimissoria. §. 1. Sayrus in Floribus, de pœnit. & remiss. decis. 44*. Rodriguez in *Summa tom. 1. cap. 85. n. 2*. Quibus omnibus adde Sacram Rotam Romanam in Neopolitana Pœnitentiaria die 5. Iunij. 1637. coram heu! quondam amicissimo Merlino. Vnde pia culum existimarem, si cum Cucco, & Piafeco aliter sentirem contra Sacram Congregationem, & Rotam Romanam.

3. Nec obstat dicere, dictam sententiam veram esse, & amplectendam in rigore Iuris, secus verò dicendum erit de consuetudine, de qua, vt *suprà* diximus, testantur Chapeauilla, Homobonus, Bossius, & alij, tribuente Pœnitentiario Ecclesiæ Cathedralis facultatem absoluendi à casibus referuatis independentè ab Episcopo; itavt possit secundum Chapeauilla, talem facultatem aliis concedere, & subdelegare. Hoc, inquam, non obstante, puto, non esse recedendum à sententia negatiua, quam tenui in fauorem Archiepiscopi: & idèò dictam consuetudinem pro Pœnitentiario adductam à Chapeauilla, & aliis, valide constat, & refellit Alphonsus de Leone de *cenfur. recollect. 5. n. 58*. Tum, quia (ait ille) consuetudo non sic de facili præsumitur, sed ab allegantibus ipsam, debet probari, *cap. finali, extr. de consuetudine*, cum aliis allegatis per Rotam *part. 2. recent. decis. 112. n. 1*. & ad probandam ipsam non sufficit dictum Doctorum, vt eam probant dicti Authores. Et dato, quod credi debeat Doctori testanti de consuetudine; id tamen intelligi debet pro locis, in quibus Doctor, vel Doctores, qui de ea testantur, versati fuerunt, non pro omnibus locis, & sic de consuetudine vniuersali. Et ego testari possum in pluribus Ciuitatibus Italiæ non vidisse contrarium seruari, nem-

pe, non solum expressè dari dictam facultatem Pœnitentiariis; sed illam concedi ab Episcopis pro quibusdam casibus & non pro aliis: vnde, cum consuetudo vniuersalis non sit vniuersalis, sed difformis; attendendum est Ius commune. Tum etiam, quia concessio, vt *suprà*, quòd hoc non habeat Pœnitentiarij ex d. Concil. Trident. hoc dependet à voluntate ipsorum Episcoporum, & per consequens sumus in facultatis, in quibus non inducitur consuetudo liberæ voluntatis restrictiua per actus liberæ electionis; quidquid secus dicendum esset, si ipsis relictantibus Episcopi acquiescentibus Hucusque Pater Leo.

4. * Et quidem, quòd Doctores testantibus de consuetudine non sit credendum, docet Iason in *l. De iur. quibus ff. de legibus. Burfatius lib. 1. conf. 8. num. 37*. Hulcius Hunnius in *varijs Resolutionibus Iuris civilis. lib. 1. tract. 1. quest. 29*. & latè Ioannes Vyurmsius in *Nucleo Iuris controversij, lib. 1. tit. 2. contr. 11. n. 27. cum seqq.* Vel saltem illis credendum esse pro locis, in quibus versati sunt, obseruat Rolandus à Valle *volum. 4. n. 18*. Cacheranus *Decis. Pedem. 141. num. 16*. Riminalus Iunior *lib. 3. conf. 245. num. 41. & seq.* Hondedeus *lib. 1. conf. 110. unum. 20. & alij*. Vnde ex his sequitur, Chapeauillam, & alios Doctores asserentes, Pœnitentiarios ex consuetudine habere facultatem absoluendi à casibus Episcopis referuatis, esse intelligendos de consuetudine, forsitan vigente in Diocesis, vbi scripserunt: nam, si de generali consuetudine in omnibus Diocesis testarentur, falsum hoc esset; cum de multis Diocesis Leone, *vbi supra*, testetur contrarium. Et Zecchius notat, S. Carolum Bortomæum facultatem absoluendi à casibus suo Pœnitentiario tribuisse, quod passim videmus fieri ab Episcopis. Nec talis consuetudo vniuersalis, si adisset, Sacræ Congregationi, & Sacræ Rotæ ignota foret, & de illa si præcitatæ Doctores mentionem facerent. Dicendum est itaque, Chapeauillam, & alios, de consuetudine aliquorum locorum fuisse loquutos: vnde Pœnitentiarius in casu nostro dictam consuetudinem adesse teneretur probare: sed cum adhuc non probauerit, remanet non posse absoluerè à referuatis Archiepiscopi, absque eius licentia. Et post hæc scripta ita declaratit Sacra Congregatio Concilij, vt patet ex inserto Decreto: [Die 2. Maij, 1648. instantæ Archiepiscopo Cusentino Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium S.C.T. Interpretum respondit, Decanum Ecclesiæ Cathedralis Cusentinæ præbandam Pœnitentiariæ obnoxiam non posse absoluerè à casibus per ipsam Archiepiscopum referuatis, nisi eidem dictis Archiepiscopis concesserit facultatem, non obstante præsentia consuetudine allegata *Aloysius Cardinalis Carafæ Præfectus, Franciscus Paulucius Secretarius.*]

RESOL. XXII.

An privilegia à Pontificibus concessa, vt absoluantur à Casibus referuatis Episcopo, intelligantur independentè ab Episcopo ipso?

Et aduertitur potestatem Episcopis referuandi peccata concessam illis esse à summo Pontifice, & non à iure Diuino.

Et docetur, quod si Pontifex non potest penitus ab Episcopali ordine potestatem referuandi casus tollere potest tamen illam restringere, aut limitare, tanquam Supremus iurisdictionis Collator; & idèò si Pontifex Episcoporum potestatem veller restringere; & Episcopus veller potestatem Parochorum limitare, plusquam par est, restringere, & limitata erit.

Et supponitur Pontificè posse sibi referuere aliqua peccata pro tota Ecclesia, Episcopum pro suo Episcopatus

& Parochum pro sua Parochia; sed ista ultima referuatio ferè semper inutilis erit. Ex part. 1. o. tr. 1. 2. & Milic. 2. Ref. 18.

Negatium sententiam (attendas quæso Namice Lector) tenet Ioannes Paulus Dominicus, Theologus Carmelitanus, in tract. de casibus Sedi Apostolica referuatis. Et quia Codex difficulter inuenitur: est enim Typis impressum Augustæ Taurinorum, anno 1581. idè per extensum eius verba hic non grauior apponere. Sic itaque ait: Episcoporum electio atque adeo obligatio ad sua exercenda munera est de iure Diuino. Sed Episcoporum electionem esse de iure Diuino, potest intelligi dupliciter, nempe in genere, quòd scilicet singuli Ecclesiæ secundum Ecclesiasticam diuisionem sint Episcopi applicandi. Alio modo in speciali, puta quòd hic Petrus, & alibi Paulus præfideat. Primò utriusque modo Episcoporum electio est de iure Diuino; nam à Christo iussum est Episcopos esse; at secundo modo est de iure positio; sic enim à Papa electione pendet, quòd hic Petrus, & alibi Paulus sint Episcopi. Cum igitur Episcoporum electio in genere, & Episcoporum functiones sint formaliter de iure Diuino; consequens fit casuum referuatiorem esse de iure Diuino, vnde & Concilium Tridentinum, sess. 14. cap. 7. dixit: Pontificibus Maximis, & Episcopis auctoritate illis tradita in sibi subditos Sacerdotes continere sibi referuata peccata quædam graua & enormia. Sed quæ Episcopis conueniunt de iure Diuino, à Papa tolli non possunt, ergo fieri non potest, vt Pontifex Romanus concedat, vt quoties in peccata Episcopis referuata, vel etiam Sedi Apostolicæ incidimus, toties inconsulto Episcopo absolui possimus. Quòd si rogas, cur ergo à Summo conceduntur Pontifice Confessariis huiusmodi facultates de absolendo toties quoties in casus referuatos incidentes: Dicerem, id fieri posse de plenitudine potestatis in eo sensu, in quo à Summo conceduntur Pontifice. Nunquam enim Summus Pontifex suo Diplomate munera, & functiones Episcopis conuenientia de iure Diuino, inter quæ est sibi referuare Casus, auferre intendit: sunt ergo huiusmodi concessionem intelligendæ secundum ius commune, nempe quòd sicuti absolutus à referuatis casibus, si post periculum referuati quam primùm se non præsentauerit, in eadem censuras, in quibus erat prius, incidit, vt habetur in cap. eos qui in 6. de sentent. excommunic. & in cap. Si quis suadente Diabolo de penis in Clement. Ità Summus Pontifex in his Diplomatis, quibus concedit Confratribus, & aliis, vt absolui possint à casibus referuatis intelligi debet ad effectum solummodo consequendi Indulgentias pro tempore scilicet illo; nisi tamen tempore debito Referuati casuum se præsentauerint, in eadem incidunt censuras: nam particula de se præsentando Referuati casuum intelligitur, in omnibus, in quibus fit mentio de referuatis casibus, quia est particula in iure expressa; & in speciali non exprimitur, nisi ad tollendam ignorantiam iuris; vt habetur in cap. Si quis suadente Diabolo, de penis, in Clement. Sentus ergo Diplomatis est, quòd vt facilius Indulgentias consequi possimus, si in diebus, in quibus huiusmodi relaxationes dantur, facillè Superiori adire non possimus; concedit Summus Pontifex, vt à referuatis casibus absolui possimus: tenemur tamen de iure communi Superiori nos præsentare. Verùm quia præceptum de confitendo est affirmatiuum & non obligat statim, vt affirmat D. Thomas 4. Sentent. distinct. 17. quest. 3. art. 1. sic consequens, quòd qui habet casus referuatos, illos confiteri non teneatur, nisi tempore debito, nimirum vel ubi obliuio imminet periculum, vel in articulo

Tom. I.

mortis, vel tempore Paschæ vt præcipitur in cap. Omnis, vtriusque sexus, de penis, & remission. Vt ergo non tenemur singulari aliquo præcepto nisi in præfatis confiteri temporibus; ita etiam superiorem adire non tenemur, pro ab illo impetranda à referuatis casibus absolute, nisi in præfatis temporibus. Volentibus ergo huiusmodi Indulgentias suscipere, concedit Summus Pontifex, non obstante, quòd facillè Superiorem nunc adire possimus; si tamen in præfatiatum eum pro obtinenda absolute à casibus referuatis adire nolumus, dummodò in tempore debito id facere intendamus, vt absolui possimus à casibus referuatis: nam alioquin, nisi ita intelligeret Summus Pontifex, in ius Diuinum poneret falcem, & Episcopos iure illo diuino sibi referuandi casus priuaret. Hucusque Magister Donatus.

2 Sed eius sententiam prius reiciendam esse puto; est enim contra Pontificis auctoritatem, & contra communem usum, & Praxim: nam videmus Pontifices aliquando concessisse Regularibus Priuilegia vt possint absolute à casibus Episcopo referuatis, & hoc independentè ab ipsis: sicut & hodie independentè ab Episcopis absoluuntur omnes à casibus Episcopalis, qui gaudent priuilegio Belle Cruciatæ. Negandum est itaque Patri Donato, ius referuandi casus pertinere ad Episcopos de iure Diuino. Nam hanc potestatem illis esse concessam à Summo Pontifice, rectè docet Nauarrus in Manu. cap. 27. num. 293. in fine. Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 29. sect. 1. num. 6. Mazuchellus de Casib. referu. disp. 1. quest. 1. difficult. 3. num. 6. Finellius de Casibus referu. cap. 3. num. 2. Floronius, de Casib. refer. part. 1. cap. 2. §. 4. num. 15. Valquez in 3. part. tom. 4. quest. 91. art. 3. dnb. 1. num. 10. & alij. Nullibi enim probatur, vt ait Fagundez Præcept. 2. lib. 8. cap. 1. num. 8. iure Diuino competere Episcopis aliam iurisdictionem, præter illam habituales, fundamentalem quæ eis datur per ordinationem, & consecrationem: vnde omnia alia conceditur eis immediatè à Papa cap. In nouo. dist. 21. vnde deducitur, Episcopos habere hanc potestatem referuandi casus immediatè à Papa, non à Deo: licet enim Castro de iusta Hæretic. punitione, lib. 2. cap. 24. & Victoria in relect. 2. de potestate Ecclesiæ, cap. 2. existimant, Episcopos habere suam iurisdictionem immediatè à Christo, non à Papa; & fundamentum accipiant ex illo Actorum 20. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos posuit Spiritus Sanctus Episcopos, regere Ecclesiam Dei. attamen, hæc verba longè habent diuersum intellectum: solum enim ex illis concluditur dignitatem, & consecrationem Episcoporum esse de iure Diuino, & teneri Summum Pontificem aliquos Episcopos consecrare: iurisdictionem tamen actualem, non concluditur ex illis, esse de iure Diuino: videmus enim aliquos Episcopos titulares nullam habere iurisdictionem actualem, quia non habent oues: licet habeant fundamentum proximum ad illam, characterem scilicet Episcopalem: tunc autem eis hæc iurisdictione actualis conceditur. cum eis assignantur oues à Summo Pontifice: vnde iurisdictione habitualis est de iure diuino; actualis verò de iure humano à Summo Pontifice promanans. Et licet supradictis videatur ob stare Concilij Trid. sess. 14. c. 7. vbi sic habetur: Neque dubitandum est quando omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem (scilicet referuare sibi peccata) Episcopis omnibus in sua cuiusque Diocesi, in adificationem tamen non in destructionem liceat pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores Sacerdotes auctoritate, præsertim quoad illa, quibus excommunicationis censura annexa est. Vbi Concilium videtur hanc potestatem in iure potius fundare Diuino, vt constat ex illis verbis: Quæ à Deo sunt, ordinata sunt: & ex

Aa 2 illis

illis: Pro data illis in subditos auctoritate: Sicut ergo Christus voluit Episcopum habere auctoritatem maiorem in subditos, quam alios Sacerdotes: sic voluit, quod possent sibi aliqua peccata referuare, à quibus alij Sacerdotes absolueri non possent.

3. Sed verè verba Concilij non obstant nostræ sententiæ, si dicamus eum eminentissimo Cardinali Lugo, de *Penit. disp. 10. sect. 1. n. 5.* directè fundari Episcopi potestatem in iure Diuino, indirectè verò ex potestate Pontificis, vel vt dixit Fagundes, supra iurisdictionem Episcoporum habitalem esse de iure Diuino; actualem verò esse de iure humano à Pontifice emanantem.

4. Igitur non est discedendum à nostra sententiâ; sed distinguendum est cum sapientissimo Cardinali Lugo, de *Sacram. Penitent. disp. 10. sect. 2. n. 5.* inter concessionem directam, & indirectam; & dicendum, directè fundari hanc Episcopi potestatem in iure Diuino; indirectè verò in voluntate Pontificis: & cum eodem Lugo, *num. 2.* Summum Pontificem pro suprema, & vniuersali potestate posse sibi referuare aliqua peccata pro tota Ecclesia: Episcopos item, per se loquendo, posse pro suo Episcopatu: Parochum denique pro sua Parochia; ita tamen, vt referuante Pontifice, nemo possit absolueri, nisi de licentia ipsius Pontificis, referuante Episcopo, possint absolueri alij de licentia Summi Pontificis. Denique si Parochus refer et, possent alij absolueri de licentia Papæ, vel Episcopi. Et idem non solent Parochi referuare, quia esset ferè inutilis illa referuatio.

5. Confirmantur supradicta ex Castro Palao, *tom. 4. tract. 23. punct. 15. §. 1. num. 2.* vbi docet, quod etiam si verum esset iurisdictionem Episcoporum à iure Diuino immediatè provenire; tamen Pontifici subordinatam esse, dicendum est; sed ipse verius existimat, solam iurisdictionem Pontificiam in omnes Fideles à Christo immediatè manasse; ex illa verò ad Episcopos; deinde ad Parochos iuxta Pontificis voluntatem descendere. Et si de facto Pontifex Episcoporum potestatem vellet restringere, & Episcopi vellet potestatem Parochorum limitare plusquam par est, restricta, & limitata erit. Vide Coninch, de *Sacrament. disp. 8. num. 11.* & Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 5. quest. 3.* qui tamen putat Pontificem non posse penitus ab Episcopali ordine potestatem referuandi casus tollere; possent tamen illam restringere, aut limitare, tanquam supremus iurisdictionis collator. Vnde rectè dixit Lugo *vbi supra num. 6.* quod licet Pontifex non possit extinguere, aut tollere omninò Episcoporum iurisdictionem: potest tamen limitare eorum potestatem, prout expedire videbit. Patet etiam ex omnibus superius dictis responsio ad ea, quæ pro sua sententiâ adduxit Magister Donatus *loc. cit.* quam vt dixi, profus reiiciendam esse, existimo.

RESOL. XXIII.

An Confessarius absolvens à casibus Episcopo referuatis sine prætenu alicuius privilegij incidat in excommunicationem, & alias penas Decreti Clem. VIII?

Et an Religiosus, qui absque facultate absoluerit ab aliquo casu in Religione referuato, non incidat in penas dicti Decreti iuxta aliud Decretum Clem. VIII?

Et an qui absoluit à referuatis sub spe ratihibitionis, vel ex inconsideratione, aut ignorantia, non tamen crassa, aut affectata, incidat in dictam excommunicationem?

Et an Sacerdos, qui in dictam excommunicationem incidit absolvens absque facultate à casibus referuatis, possit absolui ab Episcopo vigore Concilij

Tridentini sess. 24. de reformat? Id est, an Episcopus possit absolueri à casibus referuatis ex noua lege post dictum Concilium Tridentinum; & quid circa hoc declarauit Sacra Cardinalium Congregatio? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 73.

§. 1. Affirmatiuè respondent Homobonus in *exam. Eccl. part. 1. tract. 5. cap. 4. q. 22.* & Floronus *tract. de casu referuati part. 1. c. 5. n. 27.* alias pauci quidem in has penas incidere, & receptus vltus declarat, ita fuisse mentem Summi Pontificis.

2. Non reticebo tamen, negatiuam sententiam docere Horatium Gambartum de *casu referuati. c. 3. num. 12.* per verba in dicto decreto posita, vbi sub prætenu privilegiorum, &c. sumpto argumento ab his, quæ in simili docuerat Nauar. in *man. c. 25. n. 94.* & Cou. in *c. Alma mater. p. 1. §. 6. n. 9.* An possent aliquis diceret cum Florono *vbi supra.* verba illa, sub prætenu privilegiorum, intelligenda esse, ne Regulares possint sub prætenu privilegiorum absolueri, & sic ne haberent causam vllam excusationis: vnde clausulam illam putat appositam esse ampliatiuè. Sed negatiua sententia tenenda est per ea, quæ adducit Suarez, de *conf. disp. 11. sect. 6. n. 11.* Philiarhus de *officio Sacerdot. tom. 1. p. 1. lib. 3. c. 30.* Sayrus de *conf. lib. 3. c. 31. n. 10.* Rodriq. *99. Regul. tom. 2. q. 47. art. 2.* Sanchez in *sum. tom. 2. lib. 6. c. 16. num. 68.*

3. Notandum est tamen cum ipso Florono §. 4. & Homobono *locis citatis*, non incurrit in penas dicti decreti Religiosum, qui absque facultate absoluerit ab aliquo casu in Religione referuato; iuxta aliud decretum Clem. VIII. Nam hoc decretum de quo loquimur, loquitur tantum de casibus, tum Summo Pontifici, tum Episcopis, vel aliis secularibus Praelatis Episcopali auctoritate fungentibus referuatis: ergo, &c.

4. Notandum est etiam cum Finello *tract. de casu referuati. c. 6. n. 6.* & 8. & aliis, quod ad incurrendas penas dicti decreti non satis est absolueri à referuatis, absque facultate, sed necessaria est præsumptio in absolvente, vt patet ex ipsis verbis decreti. Vnde si quis absoluat à referuatis sub spe ratihibitionis, vel ex inconsideratione, aut ignorantia, non tamen crassa, aut affectata, non incidet in excommunicationem.

5. Sed hic obiter potest aliquis quærere, an Sacerdos, qui in dictam excommunicationem incidit, absolvens absque facultate à casibus referuatis, possit absolui ab Episcopo vigore Concilij. Trid. *sess. 24. de reformat. Negatiuè respondent Floronus *tr. de casu referuati. p. 1. c. 5. §. 2. n. 4.* & alij, quia Episcopus non potest absolueri à casibus referuatis ex noua lege post dictum Concilium Tridentinum, & asserunt ita declarasse Cardinalium Congregationem.*

6. Non desunt tamen Doctores affirmatiuam sententiam docentes, vt Beia *p. 4. cas. 37.* Finellus de *casu referuati. cap. 7. num. 12.* & Homobonus de *exam. Eccl. p. 1. tract. 5. c. 4. q. 23.* qui citat Suarez, Petragrinum, & alios, tum quia verba Concilij non attenduntur, vel limitantur, & cum decretum sit fauorabile animabus fidelium, & nullum inferat nocuentum, debet ampliari, tum quia vbi loquitur antecedenter de suspensionibus, & irregularitatibus, absolute loquitur de omnibus ex delicto occulto proueniens. Et ita per casus occultos referuatos intelligit, quocumque tempore sint referuati, quouque de illis fiat absolutio: tum denique quia tam in referuatis, quam in referendis est eadem ratio abolitionis, si sunt occultis, ac prouide debet in vtriusque esse eadem legis dispositio. Cur enim minor erit Episcoporum auctoritas in nouis referuationibus, quam in antiquis.

RESOL.

Pastor ipsius actum postea ratum habeat. Quia hoc Sacramentum omnino inualidè confertur ab eo, qui non habet iurisdictionem. Rati habitio autem sub nullo modo potest efficere, aut ut absolvens iam ante verè habuerit iurisdictionem; aut ut Sacramentum inualidè collatum conualecat: præsertim cum hoc Sacramentum nullo modo possit pendere à conditione futura: ut ostendi *tom. 1. quæst. 64. art. 8. dub. 2.* Et ad illam regulam iuris citatam. Respondeo illam solum intelligendam de iis actibus, qui in sui valore immediatè pendent à rati habitioe alterius: ut fit in contractibus & similibus. Adde cum absolutio non possit dari nomine alicuius alterius hominis, seu immediatè nomine & auctoritate Dei, nullam eam posse ratam habere: quia ut dicitur *ibid. R. g. iuris 9.* Ratum habere quis non potest, quod ipsius nomine non est gestum.

9. Sequitur secundò, ut quis validè absoluat, non sufficere, ut omnino præsumat Parochus gratum esse, ipsius subditi confessionem audiri: nec etiam quòd Parochus sciens hoc fieri, id de facto interius in animo suo approbet. Nam nec illa præsumptio, nec interior illa approbatio alteri de facto dant iurisdictionem, sine qua inualidè confessionem audit. Quare necesse est, ut Parochus internum illum consensum aliquo signo externo exprimat, quo eum audienti sufficienter explicet: ita ut hic determinatè sciat illum consentire.

10. Unde sequitur tertio, non semper sufficere, quòd Parochus videat me, v. g. audire suum subditum, & non contradicat: quia inde non possum certò colligere eum in hoc consentire. Nam potest fieri, ut non contradicat, quia putat me ex privilegio, aut alia ratione habere iurisdictionem, quia nimirum falsò putat penitentem solum confiteri venialia, aut quia non audeat contradicere, ne lites aut iurgia excitentur, aut aliquod scandalum fiat. Quare ut eius non prohibitio habeat rationem concessionis veræ, necesse est primò, ut constet mihi ipsum scire, vel saltem credere me carere omni iurisdictione: eumque esse talem, qui liberrimè contradiceret, si factum meum non approbaret: aut qui me ita amet, ut libenter habeat me ipsius consensum in similibus rebus præsumere.

11. Sequitur quarto, etiam in hoc casu si Parochus non videat me, dum me accingo ad audiendam confessionem, sed tantum superueniat, dum confessionem audire ceppi, & dicto modo factum meum approbet, me initio quovisque talis approbatio sufficienter fiat, omnia inualidè agere, quia sine vlla iurisdictione: quare necessarium erit, ut penitens secundò confiteatur omnia peccata, quæ prius fuerat confessus: quia illa confessio cum non sit facta legitimo iudici, non potuit esse sacramentalis. Poterit tamen hoc breviter facere, dicendo se confiteri omnia peccata, quæ ante fuerat confessus.

12. Sequitur quinto, cum graviter peccare, qui ita confessionem audire incipit, et si speret Pastorem mox superuenturum, & ita approbatum ipsius factum. Tum quia initio inualidè confessionem audio cum iniuria penitentis, & ipsius Sacramenti, ac usurpatione aliena iurisdictionis: tum etiam quia exponit se periculo inualidè absoluendi, si Pastor verè interius factum non approbet, aut non sufficienter exteriùs id exprimat. Et similiter graviter peccat, qui tali sciens confitetur: quamvis hic faciliùs ex ignorantia excusari possit. Quare quando gravissima necessitas non postulat, nunquam simile quid, nisi expressa venia prius petita, faciendum est.

13. Dicendum est igitur contra Croufers, quòd cum agitur de iurisdictione ad valorem Sacramenti penitentiae, requiritur verè actualis voluntas expressa, vel tacita, quæ rati habitio de præfenti, vel de præterito appellatur.

RESOL. XXV.

Quid facere debeat Confessorius, qui malè absoluit penitentem de aliquo casu reservato non habens iurisdictionem: Ex part. 2. tr. 1. §. 5. & Misc. 1. Ref. 60.

§. 1. **H**ic casus in praxi potest frequenter accidere, quòd debet petere iurisdictionem à Superiõri, & postea si non adest scandalum, monere penitentem ad iterum confitendum; vel si penitens in casu veniat ad secundam confessionem, petat Confessorius ab eo, an doleat etiam de peccatis præcedente confessione dictis, & cupiat, si qua ratione necesse sit, etiam ab iis absolvi: & si dicat, quòd sic, illum absolvat, nihil defectu primæ confessionis dicendo. Vide Coninch de *Sacram. disp. 8. dub. 17. n. 141. & 143. Nung. tom. 2. in Res. ad art. ad 3. p. 9. 8. art. 3. Floron. tract. de casib. refer. p. 1. c. 5. §. 1. Possuin. de offic. cur. c. 7. n. 64. Homobon. de casib. refer. c. 6. n. 5. Conrand. in resp. cas. conf. p. 1. q. 1. 8. Navar. in man. c. 26. n. 13. Sylv. in addit. ad 3. p. 9. 8. art. 4. queritur 8. concl. 1. & 2. & alij communiter. Sed his non obstantibus, inuenio Ioan. Valerum in *diffidentibus utriusque fori, ver. differentiæ, aff. 9. n. 2. in fin.* cum aliquibus docere, in tali casu, cum penitens esse ignarus, nihil à Confessario faciendum esse, nec à Superiore licentiam absoluendi impetrandam esse, ex *arg. c. quia circa, de consing. & aff. n.* quia taliter absolutus est ab omnibus scilicet directè à non reservatis, & indirectè à reservatis per inf. sionem gratiæ. Ergo, &c. Ita ille, & citat Cordubam, & Henriquez. Sed tu tene communem sententiam, quæ quidem, ut diximus, procedit, quando Confessorius potest sine scandalo admonere penitentem; quando verò scandalum adest, vel non adest, remittitur arbitrio prudentis Confessorij. Non reticeam tamen, quòd Philippus Faber Lector S. Theol. in Academia Patavina, difficile putat in tali casu re vera non adest scandalum. Ita ille in *disp. de penit. in 4. sent. disp. 19. q. unica, disp. 33. cap. 3. num. 18.**

RESOL. XXVI.

An confitens Superiori liberetur à reservatione, quoad peccata oblita?

Ex quo inferitur, si Superior absolvat ab una censura solum, & habeat potestatem del. ratam, non manere penitentem absolutum ab aliis, quas forte incurrarat, nec ablatam esse reservationem pro illis.

Sed quid est sentiendum, quando absoluit generaliter ab omni excommunicatione in quantum potest; & quando absoluit generaliter à peccatis, an tunc verba dirigantur ad omnes censuras, & peccata reservata, & per consequens ad omnia oblita? Ex part. 10. tr. 1. §. 5. & Misc. 3. Ref. 56.

§. 1. **N**egativam sententiam tenent Doctores, Superiores quoque citat, & sequitur nominatim contra me P. Pasqualigus in *praxi de Iubileo, quæst. 24. n. 8.* ubi sic ait: Secundò colligitur contra eundem Bossium *sect. 1. de Iubileo, casu 29. n. 4.* & eos quos citat n. 8. Eum qui confitetur Superiori, aut alteri habenti auctoritatem vniuersalem delegatam, non remanere liberum à reservatione quoad oblita, ut docent A. terius *tom. 1. de censur. lib. 4. disp. 4. cap. 3. dub. 2. vers. Dico secundo.* Suarez *disp. 31. de penit. sect. 4. n. 18.* Coriolanus *part. 1. de casib. referuat. art. 9. n. 4. vers. Sive d. Bonacina disp. 5. de penit. quæst. 7. punct. 5. §. 3. num. 4. vers. Addo.* Floronus *part. 1. de casib. referuat. cap. 4. §. 10. vers. An confiteatur.* Ratio est, quia quoad reservata, cum causa non sit cognita, nec etiam remanet

Sup hoc sup.
in 3. Ret. c.
§. 1. & aliis
§. 5. & vers.
eius primæ
not.

remanet iudicata, cum iudicium non possit ferri super incognito: unde nec etiam est ablata referuatio; & sicuti peccata non referuata debent iterum iudicari, quando sunt oblita, ita & referuata oblita ab eo, cui sunt referuata. Accedit, quod finis referuationis est, quod Superior cognoscat ipse de referuatis: unde quoad oblita non cessat finis, atque aded nec referuatio. Ita Pasqualigius.

2. Sed ego non recedo à sententia affirmatiua, quam docui, & quam communem esse fatetur ipse Pasqualigius, pro qua 26. Doctores afferit, quibus ego addo me citato Quintanadueham de Iubileo duarum hebdomadarum, cap. 22. nu. 5. vbi sic ait: Si à vno le absoluerim de vnos casus referuados, & censuras en tiempo del iubileo, y el pasado se le acordara otros; podrá ser absoluto dellos, y de ellas, de qualquier Confessor, aunque ay muchos años, que passo el Iubileo, y aunque ningun referuado uiesse confessado, si confesio otros, se deuia absoluer pasado el Iubileo, si lo caso, que siempre le queda aqnel derecho. Sic Coninch, disp. 8. dub. 12. num. 98. Molfesio tom. 1. tract. 7. cap. 21. num. 25. Reginado tom. 1. lib. 8. num. 99. Y aduertase que no es necesario, que el mismo que le confesio en el Iubileo le absolua, ó dentro, ó despues del, sino que puede escoger otro: y en la opinion que affirma no ser necessaria confession para ganar el Iubileo, al que no tiene mortales; si pasado el se acuerda de casus referuados, ó censuras, no hizo en el ninguna confession, por no hallarse con mortales; però si las de mas diligencias; no obstante puede ser absoluto de las censuras, y referuados, y conuatarle votos, &c. Ita ille; & magis late validissimis rationibus hanc sententiam confirmat Cardinalis Lugo de penit. disp. 20. sect. 7. per totam, vbi respondet ad omnia argumenta.

3. Et quidem quoties subditus fide bona, & cum simplicitate confitetur Superiori, & detegit ei latebras cordis sui; iam facit, quantum est ex se, ut Superior adhibeat eius conscientie remedia necessaria: non est ergo, cur non sit contentus Superior eiusmodi manifestatione, & tollat referuationem, sicut tollit, quando manifestat vnum referuatum, etiam respectu obliuorum, prout fatetur Suarez: Vaquez vero, vt consequenter loquatur, id etiam negat. Sed certe non est credibile, quod si subditus fecit confessionem generalem totius vite cum Superiore, velit adhuc Superior obligare illum, vt quoties ei aliquid occurrerit circa illam confessionem addendum; v. g. circa aliquam circumstantiam non satis explicatam, vel quid simile; toties redeat ad ipsum. Quid enim, si cum Pontifice Summo, vel eius summo Pœnitentiaro facta esset confessio; nunquid, hi etiam volunt, vt redeat Pœnitens ad ipsos, quoties est aliquod dubium circa ea, quæ explicari debebant?

4. Confirmatur, quia si subditus explicitè diceret, se desiderare absolui ab omni vinculo, quantum fieri possit; iam Superior præsumeretur velle auferre referuationem, vt fatetur Suarez. Sed quoties confitetur Prælato, desiderat, & petit implicitè absolutionem; & remissionem maiorem, quam habere possit ad hoc enim venit omnis pœnitens ad Confessarium, vt soluatur, quantum solui possit. Ergo præsumitur etiam Superior velle soluere quantum potest, iuxta desiderium pœnitentis. Cur enim non præsumemus eum velle facere id, quod faceret absque illa difficultate, quoties à pœnitente explicitè peteretur? Certum est autem, quod si subditus dicat: Pater, ego non sum mihi conficius alicuius casus referuati; sed tamen ad cautelam desidero solui à vinculo referuationis. Superior nunquam hoc illi in confessione negaret: ergo eum magno fundamento præsumimus, ita velle absolueret semper, vt soluat quantum potest.

5. Ex his inferitur: Si Superior habens potestatem delegatam absoluat ab vna solum excommunicatione referuata, non manere pœnitentem absolutum ab illis, quas fortè incurrerat, nec ablatam esse referuationem pro illis; quia absolutionis verba tunc solum terminantur ad illam excommunicationem, nec vilo modo indicant solutionem ab aliis, aut ab earum referuatione. Quando verò generaliter absoluit ab omni excommunicatione; in quantum potest, iam tunc verba diriguntur ad omnes. Item quando absoluit generaliter à peccatis, iam tunc ostendit, se velle eorum vincula soluere, quantum potest: quare, cum vnum vinculum ex illis sit referuatio, à qua potest Superior directè soluere; credi debet, hoc etiam vinculum soluere per illa verba generalia. Remanet igitur nostra sententia satis firmata; nec credo Patrem Pasqualigium illam tanquam probabilem non admittere. Vnde me citato, doctissimus, & amicissimus P. Bardi in Bullam Cruciate, part. 2. tract. 6. cap. 1. sect. 12. num. 102. vtique sententiam probabilem esse censet.

RESOL. XXVII.

An quis possit licitè absolueri pœnitentem, qui peccata referuata habet cum onere, vt ea sola postea Superiori confiteatur?
Et quid si excommunicatio annexa sit peccatis referuatis? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 58.

§. 1. Negatiuè seclusa aliqua necessitate, respondet Coninch de Sacram. disp. 8. dub. 13. concl. 3. n. 103. & communiter neoterici, quia quod in hoc Sacramento requiritur necessariò integra peccatorum mortalium confessio, non tam est propter integritatem confessionis, quam propter integritatem absolutionis, quam nullo modo decet dimidiari sine graui necessitate, sicut peccatorum dimidiata remissio, nunquam fieri potest; in tali autem casu dimidiatur directè absolutio. Ergo &c. Deinde in tali casu non sola absolutio, sed etiam confessio dimidiatur. Nam cum talis Confessor non sit legitimus iudex peccatorum referuatorum, eo casu non fit integra confessio iudici competenti quod tamen ad integritatem confessionis est necessarium.

2. Secunda sententia affirmat, & ita docent Syluester, Nauarrus, Toletus, & alii, quos nouissimè citat, & sequitur Hieronymus Pharaonius de Sacram. Pen. sect. 18. cas. 4.

3. Sed Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 7. cap. 12. n. 117. media via incedit, sic enim asserit. Si pœnitens bona fide ad confessionem venerit, quia vel nesciuit tale peccatum superiori referuatum esse, vel tamen si sciuerit, existimauit tamen legitime se ab inferiori Sacerdote absolui posse, cum obligatione postea tempore opportuno se presentandi Prælato: in hoc casu, arbitror plerumque absolutionem dari posse, modo pœnitens præter referuatum aliud peccatum absolutioni subiiciat. Ratio est, partim quia aliqualis necessitas vrget, siquidem pœnitens ægro animo discedet absque absolutione, cum ex sua parte bene dispositus sit, partim, quia graues Doctores absolute docent, quod Sacerdos pœnitentem, qui peccata referuata habet, absolueri possit cum onere, vt ea sola Superiori postea confiteatur, & ab aliis directè absoluat, excipit, nisi excommunicatio annexa sit. Ita Layman. Omnes istæ tres sententiae sunt probabiles, sed prima mihi magis placet.

Sup. hoc inf. in Ref. 39. §. Nota etiam cursum, ad mediū, vers. Nota quare. & sup. in tr. 4. Ref. 9. §. 1. à lit. 3.

Sup. hoc quod hic excipitur magis late sup. in Ref. 14. §. penult. & vlt. & vide etiam alias Ref. eius not. 4.

RESOL. XXVIII.

An penitens, qui à Superiore fuit absolutus à peccatis reservatis, teneatur postea ista cum aliis Sacerdoti inferiori confiteri? Ex part. 3. tr. 4. Resol. 74.

Sup. hoc inf. in tr. 7. Resol. 125. signa. et in hoc. §. 2. ver. imo licet.

§. 1. **A**ffirmatiue respondet Homobonus in *exam. Eccles. part. 1. tract. 5. cap. 4. q. 2. 5.* qui citat Henriquez, Suarez, & Coninch: vni enim Confessario pandenda sunt omnia peccata.

2. Verum non reticebo contrariam sententiam doctore Ioan. de la Cruz Dominicanum in *direct. confitent. part. 2. de sacram. P. enit. q. 3. dub. 5. concl. 3.* vbi sic asserit. Etsi Superior possit audire integram confessionem, & ad id teneatur, si non est occupatus, si tamen nolit, & solum absoluat à reservatis, valet sacramentum. Et licet penitens tunc maneat absolutus ab omnibus peccatis, à reservatis directe, & indirecte à non reservatis, cum gratia data in illo Sacramento æquè excludat omnia peccata, tamen si vult sumere Eucharistiam, teneatur confiteri alia peccata non reservata alteri Confessori: non tamen isti confitenda peccata reservata Superiori confessa, cum iam sint subiecta clauibus Ecclesie, & directe absoluta. Ita ille qui citat Maiorem, & Gerfonem; sed tu primam sententiam tene, licet vtramque probabilior esse doceat Ledesma in *summa, tom. 1. de sacram. P. enit. cap. 20. conclus. 3. dub. 4. fol. mibi 334.*

RESOL. XXIX.

An si quis confessus est omnia peccata reservata legitimo Superiori inualide tamen, vel ex defectu doloris, vel ex integritate, teneatur postea cum legitimo Superiore confiteri, vel sufficiat cum quocumque Confessario approbato?

Et an hoc procedat etiam in dictis peccatis confessis tempore Iubilæi?

Et an, quando quis confitetur bona fide in aliquo die septimanae Iubilæi casus reservatos, & postea non adimplet alia opera præcepta in Iubilæo, peccata illa manent reservata?

Et quid est dicendum de peccatis reservatis oblitis in illa confessione, an possint postea confiteri non habenti potestatem in reservata, etiamsi Iubilæum non lucratus fuerit? Ex part. 4. tract. 4. & Miscell. Resol. 124.

Alibi sup. in tr. 3. Resol. 50. §. Notandum est tamen & lege doctrina Resol. seq.

§. 1. **A**libi probabiliter docui, illa peccata non manere amplius reservata, & posse à quocumque Confessario approbato absolui; scio alicui displicuisse hanc sententiam, immeritò tamen, & ideo illam iterum doceo, & præter Doctores alibi à me citatos tenet nouissimè hanc sententiam è Societate Iesu Ludouicus Merantius in *D. Thom. tom. 3. tract. de penit. disp. 30. sect. 3. num. 1* Præpositus in *3. part. D. Thom. quest. 9. de reservatione casuum conscientie, dub. 4. num. 24.* & ante illos Petrus de Ochagauia de *Sacram. tract. 12. de Confessione sacramentali quest. 22. num. 8.* vbi sic ait: Si quis expressè confiteatur omnes casus reservatos Sacerdoti habenti ad id iurisdictionem, vel concessam in gratiam sui, vel in gratiam penitentis, satisfacit omnino reservationi, etiamsi confessio ex alio capite nulla reddatur. Vnde talia peccata potest postea cuilibet Confessario confiteri. Patet, quia reservatio ad id ordinatur, vt penitens deferat peccata proprio Sacerdoti, & eius sententiam audiat, & penitentiam impositam acceptet;

sed hoc totum contingit, cum confessio ex aliquo capite reddatur nulla, vt supponimus; ergo tollitur omnino reservatio, & hæc conclusio etiam est vera, cum absolutio datur ratione potestatis delegatæ, quia satisficit fini reservationis. Ita ille qui tamen *num. 11.* obferat hanc doctrinam non esse veram, quando quis inualide confitetur peccata tempore Iubilæi, nam tunc nullo modo tollitur reservatio, quia tunc absolutio à peccatis reservatis conceditur per modum favoris, & cum ordine ad iustificationem animarum, vt media absolute à reservatis excidentur fideles ad quærendam salutem animæ, ergo intelligitur talis facultas absoluedi à reservatis concedi cum hac conditione, vt penitens expiet animam à peccatis, & verè confiteatur vera ac salutari confessione.

2. Nota etiam hic obiter cum dicto Ochagauia, & cum aliis Doctoribus, quos alibi citavi, quando quis confitetur bona fide in aliquo die septimanae casus reservatos, & postea non adimplet alia opera præcepta in Iubilæo, peccata illa non manere reservata; sed quid dicendum de peccatis reservatis oblitis in illa confessione, an possint postea confiteri non habenti potestatem in reservata, etiamsi Iubilæum non lucratus fuerit? Negatiue respondet Præpos. *vbi sup. num. 30.* licet pro contraria sententia citet Suarez in *3. part. tom. 4. disp. 31. sect. 4. num. 24.*

RESOL. XXX.

An confessio reservatorum inualida, si facta est Confessario habenti tantum facultatem delegatam tollat etiam reservationem?

Et an hoc omnino certum sit, quando peccatum est reservatum ob annexam censuram? Ex part. 8. tr. 7. & Miscell. Resol. 65.

§. 1. **S**uppono ea quæ alibi satis probavi peccata sciens nulla, non manere amplius reservata; sed posse postea mutato proposito, & vero dolore concepto illa confiteri Confessario. Difficultas est in casu, quo confessio sic inualida facta sit Confessario habenti tantum delegatam potestatem. Respondet Filiuc, *tract. 7. de Confess. cop. 10. num. 311.* peccata adhuc remanere reservata, vti sic habet; Nullo autem modo ita contingeret, quando confessio illa fieret delegato, qui non habet potestatem absoluedi nisi sacramentaliter: hoc enim ipso quod confessio non fuit valida, sequitur manere peccatum reservatum sicut ante.

2. Respondeo tamen probabile esse, quod etiam in hoc casu sit liber à reservatione. Et ratio est, quia Penitens videtur satisfecisse fini reservationis, finis enim reservationis est, vt Penitens, qui peccatum reservatum commisit, aperiat illud superiori, ab eoque debitam recipiat satisfactionem. Tum quia cum hoc tam multi DD. asserant, & superiores non contradicant, videntur in eo consentire, & supplere iurisdictionem; in opinione enim probabili præsumitur superior supplere iurisdictionem. Et hoc omnino certum est quando peccatum est tantum reservatum ob annexam censuram, quia talis Confessarius ab hac potest absoluedi etiam extra collationem Sacramenti. Ita Coninch de *Sacram. disp. 8. dub. 12. num. 92.* & alij.

RESOL. XXXI.

An Sacerdos, qui habet casus reservatos, à quibus præsens Confessarius illum non potest absoluedi, possit confiteri

De Aliquibus referuatis. Ref. XXXII. &c. 285

contritus sine praua confessione Sacrum confite-
re?

Et si talis Sacerdos habeat cum aliquo peccato referua-
to aliqua peccata non referuata, vel saltem alia pec-
cata venialia, teneatur confiteri omnia supra dicta
peccata venialia, & referuata, ut possit saltem ab il-
lis indirecè absolui?

Et quid est dicendum, si Sacerdos, qui habet peccatum
referuatum, habeat etiam facultatem ut possit illud
confiteri inferiori cum onere postea comparandi cor-
am Superiore, an possit omittere confessionem? Ex
part. 2. tr. 14. Ref. 65.

nis impedimenta, quia, ut ait Suarez tom. 4. disp. 31.
sect. 3. num. 6. & tom. 5. disp. 1. sect. 3. num. 9. excom-
municatio non irritat absolutionem, dum se tenet ex
parte recipientis.

3. At ego tunc probabiliter etiam putauì, non solum
ratione excommunicationis, sed etiam propter
solum peccatum referuatum potuisse consulentem
celebrare sine praua confessione. Et ita liberat peni-
tentes habentes casum referuatum à confessione
peccatorum, etiam non referuatorum, Richardus in
4. disp. 17. art. 2. quest. 8. ad 2. Adrianus quest. 4. de conf-
fess. Durandus in 4. disp. 17. quest. 19. & nouissime
Syluius in addit. ad 3. p. D. Thomas, quest. 20. art. 2.
queritur 3. potest igitur in tali casu sacerdos, siue lai-
cus, sumere Eucharistiam, vel celebrare Missam sine
praua confessione cum Sacerdote inferiori, sed tan-
tum cum contritione, tanquam non habens copiam
Confessarij.

doctrina Ref.
34. & alia
Ref. eius
prima not.

Sup. hoc in
§. 1. 3. & 4.
Ref. prateri-
ta, & in Ref.
seq. & in aliis
eius prima
not.

4. Dixi non solum ratione excommunicationis, quia
si peccatum referuatum habeat annexam excom-
municationem, tunc licet penitens habeat alia peccata
non referuata, non tenebitur illa confiteri sacerdoti
inferiori, sed poterit virgine necessitate sumere Eu-
charistiam eliciendo actum contritionis. Et ita docent
Valquez tom. 4. tract. de excomm. dub. 4. num. 8. §.
tertia ergo opinio. Syluius ubi supra. Megala in 1. p.
lib. 5. cap. 19. n. 7. in fine. Ledelma in summa tom. 1.
cap. 20. dist. 2. Paludanus in 4. disp. 17. quest. 6. art.
1. corcl. 2. & 4. Syluest. ver. Excommunicatio 4.
num. 1. & verb. confess. 1. q. 3. cas. 5. & verb. confessor 3.
n. 12. Gabriel in 4. q. 1. art. 3. dub. 2. D. Antoninus p. 3.
tit. 14. cap. 19. §. 4. & alij. Ex quibus omnibus appa-
ret, penitentem habentem casum referuatum, etiam
cum excommunicatione, virgine necessitate ad cele-
brandum, vel communicandum, posse ut sibi magis li-
buerit vel expedierit, aut confiteri peccata non re-
feruata, seu simul referuata, & non referuata, vel
elicere actum contritionis, & sine praua confessione
celebrare, aut communicare.

Sup. cõteno
in hoc §. in
Ref. omnibus
& §§. cõtenis
& in annot. 1.
huius Ref.

RESOL. XXXIII.

An si non adsit Confessarius potens absoluerè à pecca-
tis referuatis, possit, qui illa habet, elicita tantum
contritione, sine vlla praua confessione Eucharistiam
sumere?

Idem est dicendum de eo, qui habet excommunicatio-
nem referuata, virgine necessitate communicandi?

Et quid, si prater mortale ex cuius manifestatione peni-
tens timet damnium, non habet nisi venialia, an in
eo casu talis Sacerdos teneatur confiteri venialia ad
præceptum de præmittenda confessione sacramentali
ante Eucharistiam seruandum?

Idem est dicendum ad præceptam annuæ confessionis
implendum: Ex part. 9. tr. 3. Ref. 11.

§. 1. Negatiuè respondet Garcias in sum. Theol. Sup. prima
mor. tr. 3. difficul. 5. dub. 1. punct. 5. n. 96 & diffie. huius
segg Amicus Cur Theol. disp. 26. sect. 2. num. 14 sic as- Ref. sup. in
serit: [A Confessione non excusatur, qui habet Sa- Ref. 31. §. 1. 3.
cerdotem à quo possit absolui à non referuatis, licet & 4. & in Ref.
directè absolui non possit à referuatis: nam, sicut in 32. §. At ego,
tali casu tenetur tali Sacerdoti confiteri ad præcep- & inf. in Ref.
tum annuæ Confessionis, quod est minus; ita ad seq. §. No. a-
præceptum de præmittenda sacramentali confessione du & signatè
peccati mortalis ante Eucharistiam, quod est ma- §. Sed plus,
ius. Eadem ratio est de illo, qui probabiliter timet & inf. in hac
aliquid notabile damnium spirituale, aut temporale ipsamet Ref.
se passurum ex Confessione alicuius peccati: nam §. Sed ego &
tunc tenetur confiteri reliqua eo duntaxat suppress. in Ref. 37.
fo, ex cuius manifestatione damnium timet: sicut §. 1. & sup.
in tr. 3. lege
Ref. 58. §. 5.
in sed obiret

RESOL. XXXII.

Quidam habebat casum referuatum cum excommuni-
catione annexa, & virgine necessitate celebravit,
quæserunt, an in tali casu tenebatur confiteri Sacer-
doti inferiori?

Idem est de laico, virgine necessitate ad communica-
ndum?

Et quid in dicto casu, si penitens habeat aliqua pec-
cata non referuata, an teneatur illa confiteri Sacer-
doti inferiori? Ex part. 3. tractat. 4. Refol. 103.
alias 104.

§. 1. Aliqui affirmatiuè responderunt, nam in tali
casu consulens tenebatur saltem confite-
ri peccata non referuata, vt docent Alexander p. 4.
q. 8. membr. 4. art. 5. §. 2. Soto lect. 1. c. de confessione,
& probabilem putat Filliucius tom. 1. tract. 4. cap. 7. n.
213. & licet necessariò in tali casu confitenda esse
omnia peccata, velut Vega in speculo curatorum tom.
1. cap. 11. n. 173. Chapeauilla tract. de cas. referuat. cap.
8. & alij.

2. Nec obstat, quòd peccatum referuatum habe-
bat annexam excommunicationem, nam in tali casu
etiam potest penitens confiteri peccata ex mente
Nauari cap. 9. num. 3. Couarruua in cap. alma ma-
ter. p. 1. §. 2. num. 5. Caietani in summa, ver. absolutio-

in eo casu tenetur tali Sacerdoti confiteri ad præceptum annuæ Confessionis implendum.

2. Sed quid, si, præter mortale, ex cuius manifestatione timet damnum, non habeat nisi venialia, an in eo casu tali Sacerdoti tenetur confiteri venialia ad præceptum de præmittenda sacramentali Confessione ante Eucharistiam seruandum? Variant in hoc Doctores: ego tamen puto teneri; nam, sicut in eo casu tenetur confiteri venialia ad præceptum annuæ Confessionis seruandum; ita à fortiori tenetur ad præceptum dignæ Communionis adimplendum.

3. Dices: Ergo ad seruandum hoc præceptum tenemur confiteri cuius Sacerdoti, etiam simplici, nullam habenti iurisdictionem; cum quivis Sacerdos auctoritatem habeat absolvendi à venialibus Respondendo, negando consequentiam: sicut nec tenemur ad seruandum annuæ Confessionis præceptum confiteri peccata venialia cuius Sacerdoti, sed tantum proprio. Ratio: quia cum præceptum tantum sit de præmittenda Confessione peccati mortalis, per se tale præceptum supponit in Confessario auctoritatem, & iurisdictionem supra peccata mortalia. Ergo hoc ipso, quod Sacerdos non habet talem auctoritatem, non tenemur illi confiteri esto confitendo illi tantum venialia, in quæ habet auctoritatem, indirectè absolueret à mortalibus, supra quæ non habet auctoritatem. Nec est par ratio de eo, qui suppresso mortali, ex cuius manifestatione damnum timet confitetur venialia ei, qui auctoritatem habet supra mortalia: nam talis Confessor comprehenditur in Decreto Concilij, in quo tamen non comprehenditur, qui nullam habet iurisdictionem supra peccata mortalia. Huevsque Pater Amicus.

Docuit in omnibus Ref. & §§. not. primæ huius Ref.

Quæ hic est Ref. antecedens, & in aliis eius notationum.

in eo casu tenetur tali Sacerdoti confiteri ad præceptum annuæ Confessionis implendum.

2. Sed quid, si, præter mortale, ex cuius manifestatione timet damnum, non habeat nisi venialia, an in eo casu tali Sacerdoti tenetur confiteri venialia ad præceptum de præmittenda sacramentali Confessione ante Eucharistiam seruandum? Variant in hoc Doctores: ego tamen puto teneri; nam, sicut in eo casu tenetur confiteri venialia ad præceptum annuæ Confessionis seruandum; ita à fortiori tenetur ad præceptum dignæ Communionis adimplendum.

3. Dices: Ergo ad seruandum hoc præceptum tenemur confiteri cuius Sacerdoti, etiam simplici, nullam habenti iurisdictionem; cum quivis Sacerdos auctoritatem habeat absolvendi à venialibus Respondendo, negando consequentiam: sicut nec tenemur ad seruandum annuæ Confessionis præceptum confiteri peccata venialia cuius Sacerdoti, sed tantum proprio. Ratio: quia cum præceptum tantum sit de præmittenda Confessione peccati mortalis, per se tale præceptum supponit in Confessario auctoritatem, & iurisdictionem supra peccata mortalia. Ergo hoc ipso, quod Sacerdos non habet talem auctoritatem, non tenemur illi confiteri esto confitendo illi tantum venialia, in quæ habet auctoritatem, indirectè absolueret à mortalibus, supra quæ non habet auctoritatem. Nec est par ratio de eo, qui suppresso mortali, ex cuius manifestatione damnum timet confitetur venialia ei, qui auctoritatem habet supra mortalia: nam talis Confessor comprehenditur in Decreto Concilij, in quo tamen non comprehenditur, qui nullam habet iurisdictionem supra peccata mortalia. Huevsque Pater Amicus.

4. Sed ego puto probabiliter, ut olim docui, in tali casu quando non adest Confessarius, qui possit absolueri à reservatis, posse aliquem celebrare, vel sumere Eucharistiam absque Confessione præmissa, eliciendo solum actum contritionis. Et hanc sententiam, tanquam probabilem, etiam admittit Lessius in 3. part. quest. 80. art. 4. dub. 2. num. 9. Et ita, me citato, tenet etiam Ludovicus Caspensis in *Cur. Theol. tom. 2. tract. 2. disput. 9. sect. 2. num. 17.* vbi sic ait: [Inquires, an, qui habet peccatum reservatum, teneatur confiteri Sacerdoti habenti solum potestatem in non reservata; an verò possit communicare absque Confessione, quasi non habeat copiam Confessarii, cum in hac re triplex sit sententia? Prima asserentium debere confiteri inferiori reservata, & non reservata, ut absoluat directè à non reservatis, & indirectè à reservatis. Secunda existimantium, posse communicare cum sola contritione; non tamen posse confiteri inferiori, quia inferior non potest validè absolueri à non reservatis. Tertia aliorum asserentium, in eo euentu non obligari ad confitendum peccata reservata, à quibus inferior non potest absolueri; obligari tamen ad dicenda confessio peccata non reservata, à quibus absolueri potest. Placet mihi resolutio

Diana tom. 2. tract. 4. ref. 104. quamlibet harum sententiarum tutò posse sequi, sic enim ait: Ex quibus omnibus apparet, penitentem habentem casum reservatum, etiam cum excommunicatione, vigente necessitate ad celebrandum, vel communicandum, posse, ut sibi magis libuerit, vel expedierit, aut confiteri peccata non reservata, seu simul reservata, & non reservata, vel elicere actum Contritionis, & sine pravâ Confessione celebrare, aut communicare. his obstat Tridentinum sess. 14. cap. 7. vbi ait: *Extra mortis articulum Sacerdotem inferiorem nihil posse in casibus reservatis.* Nam intelligendum est nihil posse directè potest tamen indirectè: si quis enim immemor reservatorum, confiteatur non reservata, cer-

tissimum est indirectè absolui à reservatis; ergo quamvis inferior Sacerdos nihil possit directè in reservata, poterit tamen indirectè.] Ita Caspensis, & iterum ego.

5. Nota, quod eodem modo philosophandum est de eo, qui habet excommunicationem reservatam vigente necessitate communicandi, & carente copia Superioris legitimi, posse quidem in tali casu cum contritione communicare, vel posse confiteri non reservata Sacerdoti inferiori, à quo absoluat directè ab illis, & indirectè à reservatis, licet maneat adhuc excommunicatus. Excommunicatio enim, sicut propter vigentem necessitatem non privat illum tunc receptione Eucharistia, ita ob eandem necessitatem nec privat receptione Sacramenti penitentia. Quæ doctrina simili modo fundatur in varietate, & diversitate sententiarum aliorum negantium, posse confiteri, ut absoluat directè à non reservatis, aliorum verò affirmantium.

RESOL. XXXIV.

An in casu necessitatis possit quis confiteri peccata reservata, que habent annexam excommunicationem cum Sacerdote inferiori?

Et quid, si peccatum reservatum non habeat annexam excommunicationem, licet penitens habeat aliqua peccata non reservata, an teneatur illa confiteri cum Sacerdote inferiori? Ex part. 3. tract. 5. & Muc. 1. Ref. 68.

§. 1. **Q**uis ad vitandum scandalum debet Missam celebrare, habet casus reservados cum excommunicatione annexa, existimat se non esse contritum, sed tantum attritum: quærit an possit confiteri illa peccata reservata cum annexa excommunicatione; ita ut per Sacramentum de attrito efficiatur contritus, & sic sine peccato celebrare? Respondent communiter negativè, quia excommunicatione non ablata, absolutio invalida est; sed in tali casu Confessarius non habet iurisdictionem circa excommunicationem: ergo invalida erit talis confessio. Et ita docent Paludanus in 4. dist. 17. q. 6. art. 1. concl. 2. & Sylvester. verb. excommunicatio 4. n. 1. & verb. confessio 1. q. 3. cap. 5. & verb. Confess. 3. n. 12. Gabriel in 4. q. 1. art. 3. dub. 2. D. Antonin. part. 3. tit. 1. 4. cap. 19. §. 4. Sotus in 4. dist. 22. q. 1. art. 1. Ledesma 2. part. 4. q. 23. art. 1. Valquez in 3. part. tom. 4. tract. de excommunicatione dub. 4. numer. 8. Ledesma in summa, tract. de penitentia cap. 20. dub. 2. Toletus lib. 3. cap. 8. §. tertius casus, & alij.

2. Sed contrariam sententiam puto etiam probabilè esse, quam docent Navar. in manual. cap. 9. m. 3. Covar. in cap. alma mater. part. 1. §. 2. num. 5. Calceanus in summa vers. absolutiois impedimenta, & in opusc. 9. 1. de qualitate confess. & ver. excommunic. minor. Suar. in 3. p. tom. 4. disput. 3. sect. 3. n. 6. & tom. 5. dist. 19. sect. 3. n. 9. & nouissime Villalobos in summa, tom. 1. tract. 9. dist. 40. n. 7. vbi sic asserit: *En el caso de la conclusion pasada (nempe quando penitens ratione scandali debet celebrare, & habet casus reservados) es licito absoluer al penitente de los pecados no reservados, aunque el pecado reservado anexa de comunión: de la qual el inferior no puede absoluer: esta sentencia es de Angelo, Medina, y Suarez. El fundamento es, que la de comunión no haze inhabil a la persona para recibir el Sacramento, sino solo prohibe, que no se reciba, que puesta la dicha materia y forma, no se puede impedir el Sacramento; y assi si el confessor olvidasse de absoluer de la excomunión, y absoluiesse primero de los pe-*

cadus, quedaria absuelto el penitente, y ay caso en que por alguna grande causa podra llegar al Sacramento de la Eucharistia estando descomulgado sin peccado. Ita ille.

3. Notandum est tamen hic obiter, quod habentem calum referuatum sine excommunicatione annexa, urgente necessitate communicandi ad vitandum scandalum, ad summum asserunt, aliqui solum tene-ri confiteri peccata non referuata Confessario infe-riori. Tunc enim cum certus sit penitens non posse se absolui a referuato, ad aliud non erit velis con-fessio referuati, quam ad se diffamandum coram tali Confessario. Ita docent Alexander de Alex. part. 4. q. 18. membr. 4. art. 5. §. 2. ad ult. Petrus de Soto lect. 10. de confess. Angelus verb. confess. 2. §. 7. & hanc opi-nionem in tract. de celebrat. Missar. * resolui. 65. probabilem putauit cum Filliucio tom. 1. tract. 4. cap. 7. num. 213. quamuis hoc formidet concedere Suarez tom. 4. disp. 3. §. 1. sect. 3. n. 8. necessario esse omnia pecca-ta confitenda in tali casu doceant Vega in speculo Pa-roschorum, tom. 1. cap. 1. n. 273. Chapeauilla de cas. referu. cap. 8. & alii.

4. * Sed plures addit Sancius in selectis, disp. 3. n. 10. cum Richardo in 4. disp. 17. art. 2. §. 8. ad 2. Adria-no q. 4. de confessione. Durando in 4. disp. 17. q. 19. quia liberat penitentem in tali casu a confessione etiam non referuatorum.

5. Igitur pro praxi confessariorum ex supradictis opinionibus probabilibus Doctorum, penitens ur-gente necessitate communicandi ad vitandam infamiam grauem, habens casus referuatos, potest pri-mo confiteri cum inferiori Sacerdote omnia pecca-ta, non tam referuata, quam referuata, & celebrare; vel secundo potest confiteri tantum peccata non referuata, & reticere referuata, vel tertio si hoc etiam non velit, eiciat actum contritionis, & celebret sine praxia confessione. Si autem peccata referuata habeat annexam excommunicationem, primo conteratur, & celebret, vel secundo si est tantum attritus, confiteatur cum inferiori Sacerdote, & Missam dicat, vel communionem sumat. Notentur haec omnia, quia in praxi erunt multum practicabilia.

RESOL. XXXV.

An si quis habeat peccata referuata, & ratione scan-dali teneatur confiteri, si non adstet Sacerdos ta-lia peccata facultatem absoluenti habens, possit quis confiteri alia peccata, & referuata relinquere?

Ex quo etiam deducitur, quid facere debeat ille, qui teneatur confiteri tempore Paschatis, vel facere Sa-crum, aut sumere Eucharistiam ratione scandalali, & tamen est innodatus aliqua excommunicatione pro-pter haeresim: Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 10.

§. 1. Negatiue respondet Valentia tom. 4. disp. 7. q. 11. punct. 1. cum Caietano & Soto. Afferunt enim in tali casu omnia peccata esse neces-sario confitenda, referuata videlicet, & non referuata, quia confessio debet esse integra quoad possit, & in tali casu peccata non referuata absoluntur dire-cte, & referuata indirecte. Adde quod ratio medicinae id postulat.

2. Sed contrariam sententiam docet Alexander in 4. part. quaest. 18. mem. 4. artic. 5. §. 2. quam nouissime tenet etiam doctus Hurtadus de Mendoza in 2. 2. disp. 84. sect. 7. §. 282. quia talis Confessarius non est iudex illorum criminum referuatorum, neque haec peccata sunt materia tunc illius confessionis, medicinam autem coniunctam habet cum iudicio. Item illa absolutio est indirecta, ad quam non est

opus explicare peccatum, vt patet in multis aliis occasionibus ergo, &c. Neque argumenta contra-ria vrgent, debet enim confessio esse integra mate-rialiter, quando est iurisdictione directa, eorum au-tem, quae non cadunt in iurisdictionem Sacerdotis, non est necessaria illa tunc integritas, a qua excusa-mur ob defectum iurisdictionis: medicinam autem satis aptam adhibet Confessarius, quia tunc peni-tens tenetur illi indicare motiuum generale contra omnia peccata mortalia, puto igitur vtramque sen-tentiam probabilem esse. Vnde in casu contingenti potest quis, vt ego etiam alibi notauit, reticere, vel confiteri peccata referuata. Et ideo ego olim satis probabiliter contra quendam ignarum Confessarium consului adolecentem, qui magnum ruborem habe-bat confiteri in casu, de quo loquimur, peccata referuata cum quodam Sacerdote, satis inquam, probabi-liter consului potuisse illa non confiteri, sed alia pec-cata mortalia ei in confessione aperire, & absolutio-nem obtinere, recognosce Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 3. §. 1. sect. 3. num. 8.

3. Ex his etiam deducitur resolutio illius casus, de quo his diebus a viro magna auctoritatis interro-gatus fui, nempe quid facere debeat ille, qui tenetur confiteri tempore Paschatis, vel facere Sacrum, aut sumere Eucharistiam ratione scandalali, & tamen est innodatus excommunicatione propter haeresim?

4. Respondeo quod talis haereticus vel tenetur di-midiare confessionem tacendo haeresim, vel illam exponere Confessori approbato qui directe possit abluere a peccato simplici, & indirecte ab haeresi, tunc enim potest impleri praecipuum quoad substan-tiam, eique est imponendum onus comparandi ante aliam confessionem sacramentalem; quod si culpa-te non comparet, committit peccatum nouum: vr-gente autem praecipuo secunda vice, est maior cau-tio exigenda. Quod si pertinax sit in comparando, est ei neganda absolutio, vt aliis, de quorum emen-datione desperatur. Hic autem casus & sequens est moraliter impossibilis in Hispania, vbi Ministri Quaestoris praesto sunt cuius mortalium, quibus se possit sistere haereticus. Probatur haec opinio, quia integritas materialis huius Sacramenti non obligat cum tanto dispendio, & quemadmodum ad vitandam infamiam, ex reservatione confessionis potest quis eam dimidiare, & indirecte absolui a pec-cato tacito: ita potest in nostro casu eam dimidia-re, vel absolui indirecte confessa haeresi, quia ab-solutio directa non obligat ad tam graue damnum, & quidem se abstinere a Communionem, vel Sacro, esset cymbalo euulgare eum aliquo crimine capitali teneri, quo arceatur a communionem. Si vero ab-sque graui nota potest vitare Communionem, aut Sacru, donec se sistat suo iudici, id tenetur praestare. Et haec omnia docet Hurtadus de Mendoza vbi supra in 2. 2. disp. 84. sect. 7. §. 185. & sequent.

5. Non nego tamen nostram sententiam circa praesentem quaestionem negari ab aliquibus; & ideo il-lam non admittit alter Hurtadus Complutenfis de penitent. disputat. 11. difficult. 14. ex Con-cilio Trident. sess. 14. cap. 7. dum ait, * Extra articulum mortis Sacerdotes nihil posse in casibus referuatis; si ergo Sacerdotes inferiores post auditionem referuatorum possint ab illis abluere aliquo modo, iam aliquid possint in casibus referuatis sibi confessis. * Adde quod ex contraria opinione sequeretur extra articulum mortis in casu grauis necessitatis, eum qui habet mortalia, & venialia, posse confiteri simplici Sacerdoti non approbato, & ab eo absolui ab illis. Consequens autem est contra consuetudinem Ecclesiae. Sequela probatur, quia simplex Sa-cerdos habet iurisdictionem completam in venialia ergo

123. vers. Quarto. & in Ref. 153. §. vii.

Sup hoc sup. in Ref. 32. & in Ref. 33. §. vii. & in to. 5. tr. 1. Ref. 127. post me-dium, & mel-lus in to. 9. tr. 7. Ref. 125. a lin. 2. & vi-de ibi Resol. 123. post paulo init. a ver. Imo. & alias Resol. eius secunda annor. & ve melius hanc quaest. termina-re valeas, lege hic do-ctrinam Ref. praeterita & aliarum eius prime annor.

* Sup. hoc in tom. 9. tr. 7. Ref. 117. §. Nec obstat dicere, quod Concilium.

* Sup. hac doctrina lege similem, sup. in §. Dices. Ref. 33.

ergo auditis mortalibus, & venialibus, posset penitentem absolueri etiam à mortalibus. Putat igitur Gaspar Hurtados peccata referuata habentem posse extra articulum mortis procedere, ac si non haberet copiam Confessarij, ac proinde in casu grauis notæ ex eo, quod non communicet, aut non celebret, posse absque præuia confessione sola contritione perfectæ iustificatum communicare, aut celebrare, quamuis peccatis referuatis sit annexa excommunicatio. Et hanc etiam opinionem docet Valquez in 3. part. tom. 4. quest. 91. artic. 3. dub. 9. & Turrianus de penitent. disp. 31. dub. 9.

6. Sed his non obstantibus, vt dixi, ego satis probabiliter puto cum Valentia debere penitentem in his casibus referuata confiteri, vel cum Hurtado de Mendoza reticere, & non referuata explicare, & sic cum sola attritione gratiam in Sacramento suscipere, quam cum contritione perfectæ obtinere nemo est qui non cognoscat multum quidem difficile esse. Noltra igitur sententia nimis animarum consolatoria est.

RESOL. XXXVI.

An qui habet peccata referuata, & nullum aliud simplex, si non adest Confessarius habens in illa iurisdictione, teneatur confiteri venialia?

Et an, qui solum habet vnum peccatum mortale, & illud non possit declarare Confessario sine aliquo ex notabilibus incommodis, teneatur illud tacendo, confiteri sola venialia, quando obligat præceptum confessionis, etiam extra mortis articulum: Ex part. 5. tr. 13. & Misc. Ref. 9.

Sup. hoc supra in Ref. 31. §. 2. §. 1. Negatiue respondet Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 23. sect. 2. n. 6. & ratio est quia nullus tenetur confiteri peccata venialia.

2. Verum huic doctrinæ non acquiescit Hurtados de Mendoza in 2. 2. disp. 84. sect. 7. §. 182. Qui enim est Eucharistiam accepturus, tenetur se purgare à peccato mortali, quia poterit securiori ratione, ita vt habeat moralem satisfactionem, quam poterit, sed de contritione non possumus tam moraliter esse certi, quam de confessione, quia contritio est peccatori difficilior, & cognita difficilima, ergo non est satis contritionem procurare, quando ad est Confessarius. Ad argumentum respondeo non esse obligationem per se confitendi venialia, per accidens autem potest esse propter peccatum mortale, quod tunc dimittendum est; est tamen obligatio se Deo reconciliandi ante Eucharistiam, quod tunc non fit tam securè, quam per confessionem. Ita ille. Et hanc opinionem in casu simili docet etiam Iacobus Granado in 3. part. de Sacrament. controu. 7. tr. 9. disp. 5. sect. 3. num. 13.

Sup. hoc supra in Ref. 33. recitatur in 6. Sed quid, & late cum eodem Granado hic citato & plurimis aliis superioribus iur. 3. Ref. 60. à lin. 2. & in multis aliis Ref. & §. eius not. vbi sic ait. An qui solum haberet vnum peccatum mortale, & illud non possit declarare Confessario sine aliquo ex notabilibus incommodis supra enumeratis, teneretur illud tacendo confiteri sola venialia, quando obligat præceptum confessionis extra etiam mortis articulum. Negat Suarez. Sed profecto mihi verisimilius videtur ad in teneri, nam præceptum Confessionis obligat etiam huiusmodi penitentem, cum reuera habeat peccatum lethale; & licet illud non confiteatur propter notabile damnum inde prouenturum, certè confitendo venialia, confitetur etiam mortalis, quod tacet, remissionem, quæ est finis, & ratio ob quam tale præceptum imponitur. Hæc Iacobus Granado. Vnde puto vtramque sententiam esse probabilem; sed ego affirmatiuè tanquam probabiliori adhareo.

RESOL. XXXVII.

An vna nox sit longum tempus, vt possit quis confiteri referuata cum Sacerdote non habente potestatem ab illis absolueri?

Et supponitur posse quem confiteri dimidiata confessione, vel etiam explicato casu referuato cum onere postea comparandi, quando longa temporis mora est interueniendi. Ex part. 5. tractat. 13. & Misc. Refol. 8.

§. 1. **S**upponendum est cum P. Suarez tom. 4. disp. 23. sect. 2. n. 7. & Iacobo Granado in part. de Sacram. controu. 7. tr. 9. disp. 5. sect. 3. n. 22. posse quem confiteri dimidiata confessione, vel etiam explicato casu referuato cum onere postea comparandi, quando longa temporis mora est interueniendi, antequam legitimus iudex posset adiri, tunc esset grauissimo damno peccatori longa mora in confessione, tum quia priuatur penitens longo tempore gratia sacramentali remissionis peccatorum, & auxiliis gratiæ ad vitanda peccata de cætero, quæ ob illud Sacramentum dantur, maxime verò priuaretur gratia Eucharistica, quæ maioris momenti est, quam omnia incommoda temporalia, tum quia est grauissimum damnum tandiu esse in peccato mortali. Contritio flagitiosus est plerumque difficilis, ad quam illi non animantur frequenter, quos à peccatis arceat non tam amor Dei, quam suppliciorum mina: attritio autem est facilior, atque communior, estque horrendum in peccato mortali diu versari: ergo, &c.

2. Sed difficultas est, si tempus vnius noctis dicatur longum tempus? Ad hoc dubium respondet Hurtados in 2. 2. disp. 84. sect. 7. §. 190. vbi sic ait. Optatum ego vt Pater Suarez & alij exponerent, an interiecta vna nox esset breue tempus, an longum? & vtrum esset causa sufficiens ad indirectam absolutionem, peccatorem ire cubitum Deo reconciliatum: qui enim se sentiret difficilem in exercenda contritione, & cognosceret se satis esse paratum ad confessionem, haberetque prælo Sacerdotem, an infelix hic homo iurus est ad somnum in peccato mortali? & forte ex illo somno rapletur ad tartara? Author libri de spiritualibus documentis, cap. 53. tom. Operum Augustini, explanans testimonium Christi apud Lucam 12. Stulte, hac nocte repesce animam tuam, rectè hæc ait. Heu quare non timemus, quod Evangelium terribiliter insonat, dicens: Stulte, hac nocte exposces animam tuam; & Augustinus ipse tom. 10. lib. homil. 48. Non & vitam fugabat, & de crastino cogitabat, quod in aliis expectabat, in se non sperabat. Vnde concludo voluisse Christum omnes monitos non differendam penitentiam à nocte in diem sequentem, quia forte illum non adspiciemus, vt innumeris contingit. Ad rationem Suarez responderi posset, esse rationabilem causam exemplum tot hominum raptorum ad tumulum derepentè, & nullum nisi periculum posse in mortali dormire peccato. At nihil audeo decernere, quia questionem hanc vidi nullibi, nec volo alicui in alterutram partem præire. Ita Hurtado de Mendoza. Sed, vt verum fatear, non mihi videtur longum tempus spatium vnius noctis, vt quis possit modo quo supra confiteri, & ad id, quod dicit Hurtados, dico, quod sicut quis in spatio vnius noctis, potest derepentè occumbere, ita etiam potest in spatio vnius horæ, imò & momenti: vnde ex hoc capite quis temper posset confiteri cum quolibet Confessario, si non haberet copiam alterius habentis potestatem absolueri à referuatis.

RESOL.

RESOL. XXXVIII.

An qui ignorat referuationem alicuius casus, incurrat in illam?

Et quid ex praxi omnium Religionum, in quibus ignorantia referuationis non tribuit facultatem absoluentis penitentem, qui referuationem ignorauit? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Ref. 42.

§.1. Casus frequenter in praxi potest accidere: & ad illum respondet nouissime Pater Lugo de Sacram. Pœnit. disp. 20. sect. 2. num. 11. ubi sic ait: Secundò dubitari potest de ignorantibus reueruationem pœnalem, an illam incurrant: de quo late Thomas Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 32. à numero 15. ubi refert plures doctores ad incurrandam pœnam Ecclesiasticam non requirit scientiam prohibitionis iuris positiu. Alij dicunt eam scientiam requiri, quam sententiam ipse sequitur, & num. 18. dicit in terminis referuationem, quæ imponitur in pœnam delicti, quod prohibetur aliqua Bulla Pontificia non incurri ab ignorantibus inuincibiliter illam Ecclesiæ prohibitionem. Denique alij dicunt requiri non solum scientiam prohibitionis, sed etiam talis pœnæ impostæ: quare ignorans inuincibiliter referuationem peccati impositam non illam incurret; quam sententiam ipse Sanchez existimat probabilem, licet contrariam teneat ut probabiliorum. Ceterum quia questio hæc generalis est ad omnes pœnas Ecclesiasticas, si sufficiat indicasse sententias probabiles; quæ in hoc pœncto sunt; ut vnusquisque in facti occurrentia possit eam doctrinam probabilem ad praxim applicare. Hæc Lugo, in quibus videtur aperte sentire ignorantem referuationem alicuius casus secundum opinionem probabilem non incurtere in dictam referuationem.

2. Sed dices auctoritatem Patris Lugo, ut patet, & omnia supradicta procedere in referuatione, quæ imponitur in pœnam, non de ea quæ non statuitur ut pœna, sed ut medicina; & idem lubat Lugo certum esse talem referuationem efficere etiam ignorantem: ut patet ex praxi omnium Religionum, in quibus ignorantia referuationis non tribuit facultatem absoluentis penitentem, qui referuationem ignorauit. Et ita etiam docet in terminis Sanchez ubi supra, lib. 9. disp. 32. n. 18. ut visum est.

3. Verum possit aliquis dicere, quòd referuatio casuum semper refertur ad bonam Ecclesiæ gubernationem, ut grauiora delicta Superioribus referuentur, & tamen hoc non obitante asserunt aliqui Doctores talem referuationem esse pœnalem & odiosam ad instar statuti. Ita Coriolanus de casib. referu. part. 1. sect. 1. art. 5. n. 4. Bonacina de Sacram. disp. 5. quest. 7. punct. 5. §. 4. n. 1. Chapeauilla de casib. referu. cap. 6. q. 1. Naldus in summa verb. casus referuatus, num. 3. Reginaldus tom. 1. lib. 2. cap. 11. n. 137. Bresser de conscient. lib. 4. cap. 8. n. 198. Homobonus de casib. referu. part. 1. c. 2. Ergo simpliciter dicendum est referuationem casuum inducere rationem pœnæ, & per consequens qui ignorat dictam referuationem non incurtere in illam.

4. His tamen non obstantibus, quia affirmatiua sententia est communis, non audeo ab illa recedere: & ideo sententiam Sanchez, & Patris Lugo teneo nouissime Hurtados de Mendoza in 2. 2. V. Thome, vol. 1. disp. 48. sect. 1. §. 8. ubi sic ait: Obserua Auctores nonnullos opinari non referuari peccatum illius, qui referuationem ignorat. At improbabilis est ea opinio, quando referuatio non est in odium delinquentis; sed ob prudentem administrationem

Tom. I.

Ecclesiæ. Cum ergo referuatio non tam sit in hæreticum pœna; quam limitatio iurisdictionis Prælatorum inferiorum per se utilis & moraliter necessaria ad prudens Ecclesiæ moderamen, non potest ob solam ignorantiam referuationis hæreticus excusari à referuatione. Ita ille. Igitur cum per referuationem tollatur iurisdictionis absoluentis; ignorantia non potest officere, ut absolutio sit valida; sicut si bona fide quis simplici Sacerdoti confiteretur.

RESOL. XXXIX.

An ignorans casum referuatum sine censura absolutus possit à quocumque Confessorio, etiam si non habeat potestatem absoluentis a referuatis?

Et an excommunicatus excommunicatione referuata, sed non denunciatus, absolutus à Confessorio inferiori ratione periculi, vel articuli mortis, si à periculo & articulo mortis exeat, teneatur se presentare Superiori, si non habeat, cui satisfaciat.

Et in §. Nota etiam; huius Resolutionis alij septem casus curiosissime adducuntur, sed iam omnes in corpore, vel in calce huius tractatus sunt apposti. Ex part. 10. tract. 1. 4. Misc. 4. Ref. 65. alius 63.

§.1. Vriosa questio, & passim practicabilis, & quæ nimis plausibilis erit Confessorijs; quam nouissime doctè, & late more suo pertractat Pater Ioseph de Ianuario, de casibus referuatis. resolut. 1. per totam: & affirmatiue respondet: Et ratio est, quia referuatio casuum per modum Statuti, seu in Synodo est pœnalis: sed ignorantes non tenentur ad statutum pœnale; ergo subditi ignorantes referuationem, non incurunt in illam. Si ergo non incurunt: ergo possunt absolui à quocumque inferiori Confessorio, cum habeat hic potestatem ex delegatione in hunc Pœnitentem. Confirmatur à Grassio lib. 2. de casibus referuatis. cap. 40. num. 29. quia hic actus proxi dicit qualitatem referuationis est inuoluntarius, cum sit secundum hanc qualitatem ignoranter factus, ergo secundum quod dicit illam referuationem, nullum est peccatum, & consequenter nec casus referuatus. Dices, quod etsi referuatio sit facta in Synodo, est facta Confessorijs, non pœnitentibus. Respondeo, quod est facta Pœnitentibus, dum res indifferentes in ordine ad Pœnitentes sunt peccaminosæ; sic locutio cum Monialibus est indifferens, & sit peccaminosa, quia est referuata in Synodo, &c. & sic de cæteris, &c. Referuatio enim, vel est de re prohibita, quia mala & est in pœnam delicti, & consequenter, in ordine ad transgressores; vel est de re mala, quia prohibita, & tunc res indifferens fit peccaminosa, in ordine ad Pœnitentes. Igitur referuatio tota, quanta est, est in ordine ad Pœnitentes per se primò, & directè, licet respiciat Confessorios per accidens, seu per aliud, nempe per Pœnitentes. Et si velis dicere quod referuatio, æqualiter respicit Confessorios, ac Pœnitentes. Respondeo, quod sufficit mihi, si sit statutum in ordine ad Pœnitentes, quod statutum non obligat ignorantes, ut dixi, & si non obligat Pœnitentes, consequenter Confessorij possunt absoluerè hos, non transgressores huius statuti.

2. Nec obstat dicere, quod hæc doctrina vera est quando referuatio est in odium delicti; sed falsa, quando est ob bonam Ecclesiæ gubernationem. Quia contra est: nam referuatio per modum Statuti semper debet respicere commune bonum, aliter non obligaret, cum lex sit coordinatio rationis in ordine

Bb

Sup. hoc in Ref. præterita, & in aliis eius annos.

ad bonum commune. Vnde et si in odium delicti fiat, si fit per statutum, bonum commune respicere debet. Et quia statutum reservationis (siue sit de peccato malo quia prohibito, quod dicitur reservatum ob bonam Ecclesie gubernationem; siue de peccato prohibito quia malo, quod dicitur reservatum in poenam, secundum Castrum Palaum *tom. 1. disp. 1. parit. 18. numero 8. vers. Secundo infero, &c.*) semper habet annexam poenam, nempe obligationem se presentandi Superiori, quae poena est, secundum Suarez de *Poenit. disp. 30. sect. 3. num. 6.* Idem statutum reservationis semper dicitur poenale, ut optime Fagundes 2. *Eccles. Praecept. lib. 8. cap. 1. numero 8.* Nec dicas Secundò, quod reservatio non est tam poena delinquentis, quam limitatio iurisdictionis absolventis. Quia contra est: nam reservatio per modum statuti est limitatio iurisdictionis, non absoluta, sed cum ordine ad Poenitentes, qui tenentur ad statuta Dioecessana. Vnde ideo limitatur haec iurisdictionis, quia Poenitens fecit contra statutum: ergo quia quando ignoranter quis operatur, non facit contra statutum, ideo potest absolui. Nec dicas

Sup. hoc late
infra in Ref.
44. & 45.

Tertio cum Naldo in *summa verb. Casus reservatus, num. 7. in fine*, quod reservatio potest fieri etiam de peccatis praeteritis, ergo ignorantia nihil prodest. Quia contra est: nam quando reservatio fit de peccatis praeteritis, non fit per modum statuti in ordine ad Poenitentes, sed per modum praecipi in ordine ad Confessarios sine ullo respectu ad Poenitentes, & ideo obligat Confessarios, & nullo modo Poenitentes: At quando fit per modum statuti de peccatis futuris, fit cum ordine ad Poenitentes, ad hoc scilicet, ne facilius in facinorosa, & atrociora crimina dilabatur, & consequenter obligat Confessarios in ordine ad Poenitentes. Hinc est, quòd cum Poenitentes non incidant in reservationem ratione ignorantiae, Confessarii inferiores possunt absolvere à peccatis sine tali reservatione. Et ideo ignorantia prodest in reservatione de peccatis futuris, non verò de praesentibus. Alias rationes videbis penes eundem, de Ianuario: ad illum: & non pigebit. Sed ne deferat recognoscere Mazuchellum, quem ego alibi addaxi, de *Casib. reservat. disp. 2. difficult. 5.* & Merollam, *tom. 1. disp. 1. cap. 2. difficult. 11. num. 642.* contrariam sententiam tenentes; sed sententiam de Ianuario puro satis probabilem esse quam tuctur etiam Grassus, de *Casib. reservat. lib. 2. cap. 40. num. 29.* & Nauarrus in *Manual. cap. 27. num. 80.*

Alibi in Ref.
2. nor. praeter
tunc in eius
5. vlt.

3. Nota etiam hic obiter primò, habentem peccata dubia reservata: posse absolui à quocumque Confessario inferiori; quia reservatio non est in possessione casus dubij, dubitans verò, est in possessione non reservationis: vnde melior est conditio dubitantis, quam reservationis. Nota secundò, quod absolutus per inferiorem Confessarium à casu dubij reservato ab Episcopo cum censura, certioratus deinde de reservatione, non tenetur se presentare Superiori. Nota Tertio, quod Poenitens, qui in casum reservatum cum censura incidit, si bona fide accedit ad inferiorem Confessarium, qui scit se non habere potestatem absolvendi talem casum, si ab ipso absoluitur, non tenetur quando venit in malam fidem confessionem iterare, sed tantum casum censurarum Superiori manifestare. Nota quarto, quod potest licite. Confessarius inferior absolvere Poenitentem, habentem casum reservatum, & non reservatum: & post absolutionem illum mittere ad Superiorem pro absolutione à reservato tantum. Nota quinto, quod Confessarius inferior, potest Poenitentem absolvere à casibus reservatis in sua Dioecesi, quando Poenitens eos commisit, ubi reservata

Pro hoc
quinto casu
infra in Ref.
50. § Vnde a

non erant. Nota sextò, quod Confessarius inferior potest peregrinos absolvere à casibus commissis in Dioecesi, ubi reservati sunt, si in Dioecesi ipsius Confessarii non sint reservati, etiamsi data opera ad talem Confessarium extra Dioecesim accedant. Nota septimò, quod Poenitens qui dum confessus est cum potente à reservationis absolvere, inculpabiliter est oblitus, vel rationabilem habuit causam reservata non confitendi, à quolibet Confessario inferiori potest absolui. Et haec omnia late probat Ianuarius ubi supra, *resol. 2. usque ad resol. 11.*

4. Et tandem dictus Ianuarius, *resolut. 2. quatit.* an excommunicatus excommunicatione reservata sed non denunciatus, absolutus à Confessario inferiori ratione periculi, vel articuli mortis, si à periculo, vel articulo exeat, teneatur se presentare Superiori, si non habeat cui satisfaciat? Et negativè respondet cum Millardo à me alibi citato, Caestino, & Texeda *tom. 2. 3. tract. 3. §. 4. controu. 10. dub. 2. quest. 2. num. 136.* Probatur haec opinio ex Tridentino, *sess. 14. cap. 7.* ubi haec habet: *In eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis. Atque ideo omnes Sacerdotes, quoslibet Poenitentes à quibusvis peccatis, & censuris absolvere possunt, &c.* Si ergo absolutus à casibus reservatis non tenetur adire Superiorem secundum communissimam sententiam: ergo neque absolutus à censura reservata; sicut enim cessat reservatio à casu, ita à censura per haec verba Concilij: Nec dicas, quod de excommunicatione habemus. Textum expressum in cap. *Eos qui de sentent. Excommunication. in 6.* de reservatione, nullum habemus locum, hoc praecipiente. Quia contra est; nam Textus ille meo iudicio loquitur cum excommunicatis deductis in foro fori, non verò de non denunciatis. Textus verba haec sunt: *Eos, qui à sententia Canonis, vel hominis (cum ad illum, à quo alias de iure fuerant absolventi, nequeunt propter imminentiis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum, pro absolutionis beneficio habere recursum) ab alio absolventur, &c. si cessante postea periculo, vel impedimento huiusmodi, se illi, à quo his cessantibus absolvi debebant, quam cito commode poterunt, contempserint presentare, mandatum ipsius super illis, pro quibus excommunicati fuerint, humiliter recepturi, & satisfacturi provisi iustitia suadebit. Decernimus (ne sic censura illudantur Ecclesiastica) in eandem sententiam rescindere, ipso iure, &c.* Vbi nota illa verba: *Se illi, à quo his cessantibus absolvi debebant.* Non dixit, *sine his*: que ante haec *his cessantibus*, ergo loquitur cum illis tantum, qui absoluti in mortis articulo, debent absolvi à Superiori excommunicatore: sed hi sunt tantum deducti, seu denunciati excommunicati. Hi enim absoluti, ratione periculi in foro conscientiae debent à Superiori absolvi transacto periculo, in foro fori: ut patet: ergo cum his tantum loquitur, & non cum excommunicatis, & non deductis. Nisi velis dicere cum Millardo in *Summa Parochorum de Poenit. cap. 97. num. 10* hoc omnis se presentandi coram Superiori, non amplius habere locum post Concilium Tridentinum, & sic cessare ex vi verborum Concilij cum nulla sit reservatio.

5. Nec obstat cap. *Ea noscitur*, & cap. *Quantum*, & c. *Quod de his, de sentent. Excommunicat.* & Extravag. *Inter cuncta de Privileg.* Quia ibi Canones non vigent quoad absolutos in periculo mortis, et si vigeant quoad alios alia ratione absolutos; ut patet per dictum Concilium Tridentinum, dum dicit *loc. cit.* in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo

articulo mortis, &c. & Concilium mouetur, vt in postilla eiusdem Concilij, ex c. Felices, de Pœnis in 6. & ex cap. Pastoralis, §. Præterea, de Officio Iud. ordin. & ex Clem. cupientes. §. Sanè de Pœnis. In quibus textibus nulla fit mentio de tali obligatione: Cùm ergo Concilium dicat, quod in articulo mortis nulla fit referuatio, fundatur in his textibus, in quibus non est talis obligatio se præsentandi; dicendum erit, quod illi Canones, quoad hanc partem iam cessarunt. Vel dic, & melius; quod dum Concilium Tridentinum refert ius antiquum, de obligatione Pœnitentis se præsentandi, signum est, quod correctio ius antiquum, quoad hanc partem. Cæteras rationes videbis penes dictum Ianuarium. Sed, vt verum fatear, Doctores committer contra Ianuarium sentiunt; vt ego alibi probaui: non puto tamen eius sententiam improbabilem esse, licet ego contraria adhaream.

RESOL. XL.

An pœnitens bona fide confitens casum referuatum, nesciens esse talem, absoluitur valide? Et quid, si dubitet; an sit referuatum, & post absolutionem nouit esse talem; v. g. si propter dubium Sacerdos inferior absoluit ab hæresi, vel alio peccato referuato, & postea pœnitens, re melius examinata, deponat dubium, & recordetur certò peccati commissi, quod erat referuatum, an censetur legitime absoluitus, vel an debeat recurrere ad Superiorem pro absolutione? Et proponitur similis casus de illo, qui dubius de voto castitatis emissio petiit dispensationem ab Episcopo, qui ratione dubij dispensauit, eo quod votum castitatis dubium non est referuatum? Ex part. 6. tract. 6. & Miscell. 1. Resol. 40.

tata deponat dubium, & recordetur certò peccati commissi, quod erat referuatum, an censetur iam legitime absoluitus; an verò debeat recurrere ad Superiorem pro absolutione? Videtur dicendum ablatam iam esse referuationem, si iuxta id quod diximus, probabile esset quòd qui confessus est peccatum dubium, licet postea recordetur fuisse certum, non teneatur illud iterum vt certum confiteri; quia iam fuit ab illo directè absoluitus sub conditione si fuerat commissum: similiter enim in casu præfenti remanet directè absoluitus: quia ille qui in dubio absoluit ab hæresi peccato, ad hoc maximè absoluit, vt si verè fuit peccatum, remittatur: ergo si postea constet fuisse verè peccatum, constat etiam fuisse absoluitum directè, ergo non remanet obligatio illud iterum Superiori confitendi. Aliunde tamen ob stare posset, quòd licet id in peccatis non habentibus censuram posset dici, non videtur tamen habere locum in iis, quæ referuantur ratione censura referuata; qualis est hæresis: nam si reuera commissum fuit tale peccatum, quamuis pœnitens sit postea dubius, incurrit tamen re ipsa excommunicationem referuatam: non est enim alia excommunicatio pro tali peccato; vel si sit alia, loqui possumus de peccato non habente nisi vnicam excommunicationem referuatam, ab hac autem referuata excommunicatione non potuit absoluer inferior: ergo semper remanet obligatio recurrendi ad Superiorem pro absolutione huiusmodi excommunicationis referuata, quando constat postea certò fuisse incursum. Adhuc tamen existimo absolutè satis probabile non esse recurrendum ad Superiorem postea pro absolutione peccati, aut excommunicationis. Ad quod est optima doctrina Sanchez in summa, tom. 1. lib. 4. capit. 44. num. 10. vbi proponit casum similem de illo, qui dubius de voto castitatis emissio, petiit dispensationem ab Episcopo, vel ab alio potente dispensare in votis non referuatis, qui ratione dubij dispensauit, eò quòd votum castitatis dubium non sit referuatum; etiam eo casu, quo propter præsumptionem obliget votum: postea verò comperta veritate & certitudine voti, quarit Sanchez an debeat recurrere ad Papam pro eius dispensatione, & respondet negatiuè; quia recta Ecclesiæ gubernatio hoc exigit: & quia cum ratione dubij tunc votum non esset referuatum, potuit tunc in illo inferior dispensare, qui legitime vsus est potestate quam habebat dispensandi in votis dubijs. Quod quidem mihi verissimum videtur, quia alioquin dispensatio fuisset vana: non enim dispensatur sub conditione, si non fuit votum, sed potius sub conditione, si fuit verè votum: nam si non fuit votum, non est dispensabile: ergo si Episcopus potest tunc dispensare, potest tollere obligationem calu quo fuerit.

4. Ex hoc exemplo arguere possumus ad casum nostrum, quia sicut votum in dubio non est referuatum, sic nec peccatum, vel excommunicatio illa, quia in dubio non censetur peccatum referuatum: ergo sicut in dubio voti Episcopus v. g. dispensat, & dispensatio manet valida, licet postea constet de voti certitudine; sic absolvens ab hæresi dubia validè absoluit, & absolutio valebit, licet postea constet de certitudine censura incurta: non enim fuit data sub conditione de futuro, scilicet si postea non constaret de veritate, quia non est in vsu Ecclesiæ talis modus absoluedi ab excommunicatione. ergo si in dubio tollitur referuatio, & datur potestas absoluedi à censura, absolutio valida est: quicquid postea consequatur: si autem semel valida fuit, non potest postea excommunicatio redire sine noua culpa, non enim data fuit absolutio ad reincidentiam, nec dari potuit, nisi in casibus expressis in iure, qualis non est

Sup. hoc in Ref. seq. & in Ref. præterita in §. Nota, cursum in vers. Nota secundo, & eodem Logo hic citato in tom. 5. tract. 8. Resol. 3. §. Sed ponamus, & quāuis non pro referuatis, lege tamen supra in tract. 3. laram doctrinam Ref. 137. & aliarum eius primæ not.

Sup. hoc in o. 4. tr. 1. ex doctrina Resol. 78. & aliarum eius prima, & secunda a no. & si placeat lege etiam Ref. tertiaz anno.

bu hoc fe... 4. 1. C... 7. num. 38. Si pœnitens bona fide confitetur nesciens suum casum esse referuatum, vel Sacerdotem non posse ab eo absolueri, absolutio videtur valida, Ecclesia tacitè hic & nunc dante iurisdictionem in bonum animarum. Primò, quia alioquin innumeri merito remaneret anxij de suis confessionibus. Secundò ita sciant casus referuatos, nec sit pœnitentium eos scire, vel Sacerdotum potestatem, vnde siue Sacerdos absoluedo peccet, siue non, pœnitens bona fide procedens videtur validè absoluit, remanente onere se sistendi Superiori.



iste ergo manet poenitens absolutus ab excommunicatione. Porro validam fuisse ab initio abolutionem durante dubio negari non potest, quia alioquin ille sic absolutus non esset capax suffragiorum, aut beneficiorum; imò nec licite Sacramentorum, nisi per accidens propter ignorantiam, quæ omnia absurda sunt. Denique si semel ablata est censura, eo ipso cessavit reservatio peccati, quod reservatum erat ratione censura; nec potest redire reservatio non redeunte ipsa censura.

5. Hinc constat responsio ad rationem dubitandi supra positam: dicimus enim Sacerdotem inferiorem absolvere quidem ab excommunicatione, quam Hæreticus v. g. incurerat, & quæ reservata erat secundum se; sed cessavit reservatio propter dubium adueniens, in quo dubio suspenditur reservatio; ita tamen, ut si durante illo dubio non absoluator poenitens, postea cessante dubio redeat reservatio, & iam non possit absolui ab inferiore. Nam reservatio non est sicut excommunicatio, quæ non redit sine nova culpa, sed est ablatio potestatis, quæ potestas dari potest pro aliquo tempore vel circumstantia, & auferri potest, ut fit tempore Iubilæi, quo cessat reservatio, & transacto illo tempore redit pro iis, qui noluerunt lucrari Iubilæum. Sic enim auferitur quamdiu durat dubium, atque idè tunc censura & peccatum possunt auferri ab inferiore, cessante autem dubio redit reservatio, si non fuit data absolutio tempore præcedenti. Et hæc omnia docet Lugo *loc. cit.* quæ secundum ipsius mentem dicta esse volo.

RESOL. XLI.

An quando quis confessus est peccatum dubium, si postea certo comperit esse reservatum, teneatur illud confiteri cum Confessario habente potestatem circa reservata?

Et supponitur in reservatione non includi peccata dubia.

Et an saltem teneatur confiteri supra dictum tale peccatum tanquam certum apud quemcumque ordinarium Confessarium? Ex part. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 7. 2.

Sup. hoc quod hic supponitur in Ref. seq. & in aliis eius primæ not. Sup. hoc lege doctrinam §. 1. annot. seq.

Contrarium lege ex Lugo in Ref. præterita §. Ad secundum, & in aliis not. primæ præcitat. §.

§. 1. **S**uppono in reservatione non includi peccata dubia, ut, me citato, rectè observat Aversa *de sacram. Pœnit. quest. 17. sect. 2.* Imò ego puto, quòd si post factam confessionem, & acceptam abolutionem de tali peccato dubio certior fiat poenitens de suo peccato, non teneri de eo amplius confiteri apud superiorem, vel alium ministrum habentem facultatem super casus reservados; non quia non teneatur iterum confiteri tale peccatum tanquam certum, nam teneatur illud confiteri, sed quia poterit apud quemcumque ordinarium Confessarium de illo confiteri, & absolui. Et ita hanc sententiam tenet Aversa *vbi supra*, & ante illum Cardinalis Lugo *de sacram. Pœnit. dispnt. 20. sect. 2. num. 20.*

RESOL. XLII.

An dubitans, utrum casus sit reservatus, possit illum Confessarius absolvere?

Et an possit reservari peccatum in dubio, an sit mortiferum in materia aliqua determinata? Ex part. 4. tr. 3. Ref. 4.

Sup. hoc supra in Resol. 39. §. Nota etiam cursum in principio,

§. 1. **N**egatiuè respondet Armilla; Freitas, & Corduba, quos citat Sanchez *vbi infra*, quia hæc pars tutior est, & est solius habentis potestatem absolventi à reservatis, iudicare an casus reservatus sit.

2. At ego contrariam sententiam teneo cum S2 & in *verb. casus reservari, num. 5.* Ochagavia *de sacram. Pœnit. tract. 2. q. 1. 3. num. 8.* Hurtado *de sacram. tom. 1. diff. 1. 1. de pœnit. dub. 6.* Homobono *in consult. cap. conscient. vol. 2. part. 5. respons. 87.* Filiucio *tom. 2. tract. 2. 1. cap. 4. n. 172.* & Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 5. num. 15.* & alii quos citat, & sequitur nouissimè Laurentius Portel *in dubijs regularium, verb. casus reservati num. 7.* vbi sic ait: Si fit in dubio quòd casus sit reservatus, præsumitur non reservatus, & potest absolui tanquam non reservatus. Ita ille; & ratio est, quia reservatio est odiosa, per consequens strictè interpretanda.

3. Verùm hanc sententiam Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 74.* limitat, nisi esset præsumptio fori externi pro illius delicti admitti veritate, quia stante hac præsumptione, est pro certitudine delicti possessio, & illi præsumptio est in vtroque foro standum, quia contraria veritas non constat, v. g. hæresis externa reservatur, quando etiam mente ita sentitur, dubius autem eam profertens est, an ita mente sentierit, vel an mente ita sentienti protulerit exterius animo eius asserendæ, & sic fit verè externa, ac proinde reservata, an solius ioci animo censetur in hoc dubio reservata, quia cum verba sint naturaliter signa intentionis, & nullus præsumat dicere quod in corde non habet, nec aliter quam in eo habet, præsumptio est ac possessio in hoc dubio ut hæresis illa processerit exterius ex vero consensu interiori in illam. Sic Sanchez.

4. Non reticeam tamen nouissimè aduersus illum insurgere Thomam Merollam *in disp. Theol. tom. 2. disp. 3. cap. 1. dub. 2. coroll. 2. 3. num. 370.* vbi impugnat supradictam Sanchez limitationem; existimat enim casum non censeri reservatum, nisi certò constet de reservatione, nec satis esse quòd præsumatur reservatus, quia cum reservatio sit odiosa, & idè strictè interpretanda quando Prælati reservat sibi, v. g. hæresim, debet intelligi de peccato hæresis certo, & non tantum præsumpto; & confirmatur hoc à simili, nam quamvis quando quis est certus, se emisisse votum castitatis, sed dubitat an habuerit animum se obligandi, teneatur castitatem seruare, quia possessio, ac præsumptio stat pro illo voto castitatis; nihilominus tale votum non censetur Pontifici reservatum, ut concedit ipse Sanchez *lib. 4. cap. 40. n. 26.* & cap. 44. num. 3. Et hoc non alia ratione nisi quia, cum reservatio sit odiosa, restringenda est ad casus certos; ergo eadem ratione dicendum est in casu nostro: hæc omnia Merolla *loc. cit.* sed sententiam Sanchez nouissimè tenet Alphonsus de Leone *de potest. confess. part. 1. recollect. 15. n. 25.* verùm vtamque sententiam ego puto probabilem esse.

5. Notandum est etiam hic obiter, posse reservari peccatum in dubio, an sit mortiferum in materia aliqua determinata, quod fuse probat nouissimè Turrianus *in selectis dispnt. part. 1. disp. 38. dub. unico.*

RESOL. XLIII.

An casus dubius, si comineatur in Bulla Cene, possit absolui à quocumque Sacerdote ab Ordinario approbato?

Ex quo deducitur, quod casus dubius non censetur reservatus? Ex part. 10. tract. 14. & Misc. 4 Ref. 10. aliàs 8.

§. 1. **P**robabiliter affirmatiuè respondet Pater Pelizzarius *in Mon. Regul. tom. 1. tractatu 6. ca. 1. sect. 2. sect. 1. n. 16.* vbi sic asserit: Quares, an pœnitentia lata in Decreto Clementis contra absolventes à casibus

causibus Bullae Cœnæ incurrantur in casu, quo quis absoluitur à casu, de quo dubitat eum contineri in ipsa Bulla; Respondetur videri non incurrere, attento Decreto moderatorio posteriori eiusdem Clementis ad eundem effectum edito. Ita viri Docti à me consulti, & constat ex eo, quod casus reservatus in dubio non est reservatus, nisi iure positivo aliter statuatur in posteriori autem Decreto Clementis VIII. te lati super absolutionem reservatorum, nulla fit mentio de casibus Bullae Cœnæ dubiis, sicuti fiebat in priori Decreto; quod proinde dicendum est mortuam fuisse etiam quoad praefatos casus dubios dictae Bullae. Ita ille, Et post illum notissime idem sentit Carolus de Baucio in Miscellaneis casuum conscientiae, tom. 2. opuscul. 2. quæst. 138. ubi docet, quod licet sit cautum in iure quod casus dubij in Bulla Cœnæ Domini non possint absolvi, vt patet ex sacra Congregatione Episcoporum, & regulatum de mente Clementis VIII. quando reuocantur casus reservati ab ordinario loci Regularibus, & aliis privilegiatis; tamen idem Decretum de mandato eiusdem Clementis VIII. fuit moderatum, & declaratum, videlicet sub eiusdem prohibitione illos tantum comprehendi casus, qui in Bulla Cœnæ Domini legi consueverunt continentur, &c. & non facit mentionem quando casus est dubius, sicut in primo Decreto clare prohibuit, vt casus dubij contenti in Bulla Cœnæ non absoluantur; ergo moderatio primi Decreti fuit deducta res ad terminos iuris communis, quod ius secundum probabilem Doctorum sententiam, ac quod casus reservatus dubius, non censendus est reservatus; licet alij Doctores oppositum sentiant. Quod fuit moderatum primum Decretum quoad casus dubios in Cœna Domini ultra rationem: idem sentit ad modum R. Pater Vincentius Campanilis Societatis Iesu præditus bonitate, ac doctrina. Hæc Baucius loco citato.

RESOL. XLIV.

An reservatio casuum includat peccata præterita? Et quid si censura super his imponatur? Pro quibus aliqua advertuntur contingentia in supra dictis casibus? Ex part. 8. tract. 7. & Miscell. Ref. 70.

S. 1. R. Espondeo affirmatiuè; igitur dum Prælati casus aliquos reservat, censetur comprehendere non solum postea committendos, sed etiam antea commissos: vt notant Floronus de casibus reservatis, cap. 3. numer. 17. Naldus in summa verb. casus, num. 7. Bordonus resolut. 78. quæst. 24. Nisi tamen oppositum explicet, loquendo solum de peccatis postea committendis. Et nisi censuram imponat, & cum censura reservationem: quia censuram non nisi ad peccata committenda referre potest, & ita intelligitur etiam reservationem referre. Aut nisi demum qui ante promulgationem edicti confessus iam ritè & validè fuisse, ac per obligationem aut iusta de causa peccata illa prætermisisset, quia tunc liberè postè de iis confiteri & absolvi. Aut etiam nisi iam confessionem incepisset, quia tunc pariter liberè eam postè prosecui, & de omnibus simul peccatis absolvi. Ita aduertit Bordonus quæst. 25. & 26.

RESOL. XLV.

An reservatio casuum comprehendat peccata commissæ aut eius reservationem? Tom. I.

Et quid si cum reservatione casuum Superior imponat censuram, & cum censura reservationem? Et docetur, quod cessante causa legis, & causa finali cessat etiam lex, & hoc habet locum in legibus, & statutis. Et aduertitur, quod ignorantes reservationem adhuc illi subiiciuntur? Ex part. 10. tract. 15. & Misc. 5. Ref. 39.

S. 1. N. Egatiuè respondet Pasqualigus in 99. can. cen. 2. quæst. 166. num. 2. lex enim non plus extenditur, quam se extendat finis, & ratio ipsius ob quam proximè Legislator mouetur. Et proinde cessante ratione legis, & causa finali, cessat etiam lex, l. in omni ff. de adoptionib. & l. quod dictum, ff. de pactis, & l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. & c. Et si Christus, de iureiur. Quod habere locum etiam in legibus, & statutis, notant Petr. Anchar. consil. 48. n. 4. Dynus consil. 6. num. 2. vers. Præterea, Angel. consil. 86. Ludou. Rodolphin. lib. 2. Variar. quæst. 35. n. 10. Et ratio est: quia cum finis moueat Legislatorem ad condendam legem, intentio ipsius, vt pote directa ad finem, non plus se extendit ad illam materiam, in qua non reperitur finis: cum autem lex non obliget nisi secundum mensuram intentionis Legislatoris, non obligat circa eam materiam, in qua non reperitur finis. Cum ergo finis reservationis absolutionis non habeat locum in peccatis commissis ante reservationem, non obligabit quoad ipsa.

2. Rursus cum reservatio quoad dispositionem imiteatur legem; & lex de nouo aliquid disponens non trahatur ea præterita, sed solum ad futura, l. leges, C. de legib. & cap. Cognoscere, & cap. fin de consuet. sequitur quod ea, quæ habent causam de præterito, non debeant iudicari secundum legem nouam, sed solum secundum ius antiquum. Et proinde de Rota decis. 818. num. 2. p. 3. diuers. dixit Legem subsequentem non extendi ad præsentia, quæ sunt connexa cum præteritis: ergo nec etiam reservatio extenditur ad absolutionem de præsentibus quoad peccata de præterito, quæ commissa sunt ante reservationem.

3. Sed hæc opinio est contra praxim Confessoriorum, & contra communioem sententiam Doctorum; & ita præter Floronum, Vgolinum, Naldum, & Bordonum quos citauit in part. 8. tract. 7. resolut. 70. Tenet iterum hoc Bordonus in Miscell. decis. 492. quibus adde me citato Pellizzarium in Man. Regul. tom. 1. tract. 6. cap. 2. sect. 2. num. 126. nisi cum reservatione casuum Superior imponat censuram, & cum censura reservationem. Ad rationes verò Pasqualigi respondet Bordonus dicta decis. 492. dicit enim verum esse quod lex non plus se extendit, quam faciat finis, à quo Legislator mouetur ad legem condendam, consequenter, quando condit legem reservationis à prædicto fine obuiandi peccatis mouetur: quoniam autem obuiatio non specificatur ab hoc, vel illo peccato in specie, sed in genere non spectatis commissis vel committendis; idè sub eadem reservatione comprehendit vtrumque genus peccati; licet enim obuiatio habeat pro obiecto peccatum futurum, nihilominus extenditur etiam ad præteritum; in quantum penitens reddendo se difficilem & incommodum ad inueniendum Penitentiarium, vel Superiorem pro absolutione à reservatis, retrahitur à futuris culpis, consequenter peccatum iam commissum inuoluit motuum quod inducit Legislatorem ad reservationem. Deinde finis reservationis non tantum est obuiare peccatis futuris, sed etiam vt per eorum absolutionem faciendam tantum ab Episcopis, vel ab

Sup. hac doctrina in to. 6. tr. 1. Refol. 70. & in aliis multis eius annot.

*Que hic est Ref. antecedens. & in alio versibus primæ not. Super hanc censuram in Ref. annot. præterita ante medium.



eis specialiter deputatis, occurratur prudentius cum meliori medicina atrocioribus peccatis: ut enim dicitur *sess. 14. cap. 7.* reservatio fit, ut atrociora quædam & grauiora crimina, non à quibusvis, sed à summis duntaxat Sacerdotibus absoluerentur. Nam melius consilium & aptior medicina conferri potest ab Episcopis, & ab eisdem deputatis, quam à singulis Confessariis indifferenter, sed consilium & medicina omnibus peccatis indifferenter est applicabilis: ergo reservatio ad hunc finem facta comprehendit peccata, tam futura, quam præterita. Præterea Legislator potest peccata etiam commissa ante promulgationem nondum remissa per absolutionem sibi expresse reservare, ut omnes debent concedere: ergo in reservatione non est necessarium ut Legislator moueatur à sola obuiatione, sed aliunde etiam moueri potest, nempe ut melius agatur cum peccatore per prælatum, aut Pœnitentiarium prudentiorem. Vide etiam responsiones ad alia argumenta Pœnitentiarii penes dictum Bordonum, qui affert multas limitationes ad illam regulam, quod lex respicit tantum futura.

* Sup. hoc supra in Ref. 38 & 39 & in aliis §. caru notationum primarum,

4. * Et quidem sicut ignorantes reservationes, adhuc illis subiciuntur ut docet Mazuchellus, de *casib. refer. disputat. 1. quæst. 4. n. 16.* Lupus, *part. 1. dist. 4. articl. 2. difficult. 1.* Floronus *part. 1. cap. 3. num. 14.* Auersa, *quæst. 17. de pœnit. sect. 5. §. Satis tamen:* ergo sicut non sunt excusandi à reservatione propter ignorantiam, ita neque propter tempus antecedens promulgationem reservationis idem ignorantes. Quare peccata commissa ante reservationem iudicanda sunt, non secundum legem quæ vigeat tempore delicti, sed per nouam legem, quæ est in obseruantia tempore absolutionis: nam Confessarius debet inspicere, obseruare legem quæ illi prohibet absolutionem à talibus peccatis, ita quod omnia, & sola peccata quatenus commissa, cadunt sub iudice absoluenda, provt iam commissa sunt, & non committenda.

RESOL. XLVI.

An in casibus reservatis, & excommunicationibus datur paruitas materiæ? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 46.

Sup. hoc ex doctrina Ref. 2. not. seq. per totam, signatur in §. vi.

§. 1. Respondeo affirmatiue, quia modicitas rei quemadmodum excusat à mortali, ita etiam excusabit à reservatione, v.g. modicitas rei subtractæ in Ecclesia quemadmodum excusat à peccato mortali sacrilegij, ita quoque à reservatione; imò licet subtractor huiusmodi habuisset intentionem plura furripienti, quamvis eo casu mortaliter peccaret; ex *c. 6. finali. 14. quæst. 6.* tamen sacrilegium illud non esset reservatum, quippe requiritur quod peccatum mortale reservatum, sit tale ex quantitate operis externi, non ex relatione ad intentionem tantum, quia in modico non præsumitur dolus, & propterea pro eo non statuitur pœna, arg. *cap. & si quæstiones, Extrauag. de simonia,* & ita sentit Henriquez de *Pœn. sacr. lib. 3. c. 14. §. 6.* Item si paucis alloquaris Monialem, vel transiens illam salutes, aut salutandi respondeas, siue de statu eius ipsam interroges, siue interrogatus respondeas, non incidis in excommunicationem propterea latam. Iacob. de *Graff. decis. lib. 4. cap. 8. n. 5.* & per consequens talis allocutio non erit casus reservatus. Et hæc omnia docet etiam Finellius de *cas. referu. cap. 5. nu. 8.* cui adde Bellocchium in *praxi Theolog. moral. part. 2. q. 9. n. 136.*

* Sup. hoc in tom. 5. ita 1. Ref. 24. §. Nota sexto. & in Refol. 124 à lin. 3.

2. RESOL. XLVI. pag. 154. in fine resol. hæc addantur: Notandum est etiam hic, quod sicut in excommunicatione datur paruitas materiæ, sic

etiam danda est in actionibus pro quibus irregularitas incurritur, & ideo ratione paruitas materiæ excusandus est ab incurfione irregularitatis, si quis recedat ut ascendat alterum gradum scale. Ita Henricus, *lib. 1. 4. c. 12. n. 7.* & post illum Villalobos in *sum. tom. 1. tract. 2. 1. diff. 27. num. 13.*

3. Sed ego puto in tali casu, & similibus non solum aliquem excusari, ab irregularitate ratione paruitatis materiæ, sed quia probabiliter soli illi sunt irregulares ex defectu lenitatis, qui cooperantur, nec tanquam ministri iustitiæ; ex quo fit, alios omnes qui cum non sint ministri iustitiæ, videntur aliquid facere, aut dicere, ex quo mors citius sequitur, non esse irregulares. Ita ego alibi cum Vasq. Turriano, Hurtado & me citato nouissimè hanc sententiam etiam Cœlest. in *comp. Theol. mor. tr. 4. c. 5. q. 1.* docet

RESOL. XLVII.

An qui obtinuit licentiam absoluendi aliquem à casibus reservatis, in quos inciderat, & postea inueniat illum incidisse etiam in dictis casibus post licentiam obtentam, an inquam, possit illum absolueri? Et an peregrinus, qui habet casum reservatum in sua Diocesi, si non est reservatus eo in loco, vbi confiteatur, possit absolui ab omni eo, qui illum alius possit audire? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 109.

§. 1. Hæc casus frequenter potest accidere, & alibi respondeo cum Ioanne Præposito in *3. part. D. Thom. 9. q. 9. de reservatione casuum, dub. 3. n. 22.* vbi sic ait: Si Parocho petenti per literas potestatem absoluendi aliquem à casibus reservatis in quos inciderat, ea facultas concedatur, & pœnitens rursus incidat in similem casum antequam confiteatur, videtur etiam posse ab illo absolui, quia petitio & concessio tacite intelliguntur de similibus casibus, qui post illam concessionem clauibus bona fide subiiciuntur, quod etiam videtur verum, licet Parochus scripserit non esse periculum relapsus, quia eo non obitante concessio est absolute facta, & independenter ab eo quod non relaberetur, neque id adiciendo Parochus bona fide recepit Episcopum. Ita ille, qui etiam ibi notat, peregrinum habentem casum reservatum in sua diocesi, si non sit reservatus eo loco vbi confiteatur, posse absolui ab omni eo, qui illum alius possit audire; quod est notandum, ut ego alibi notavi, contra illos qui asserunt in tali casu Confessarium illum si non habeat potestatem absoluendi à casibus reservatis, non posse si prædictum absolueri; sed tunc recedas ab opinione affirmatiua.

RESOL. XLVIII.

An Confessarius vnius Episcopatus possit absolueri penitentem alterius Episcopatus à casibus reservatis? Et an hoc etiam procedat in Confessariis Regularibus, modo penitens hoc non efficiat in fraudem proprii ordinarij? Ex part. 3. tractat. 4. Refol. 102. alius 103.

§. 1. DE hac quæstione alibi actum est, & ideo nunc breuiter dico quod negatiuam sententiam docent Bellocchius in *praxi Theol. mor. p. 1. q. 2. n. 24.* Floronus de *cas. referu. p. 1. cap. 4. §. 1. n. 5.* & Sotus in *4. dist. 18. q. 1. art. 4.* vide etiam Chapeauillam in *de cas. referu. p. 1. cap. 4. diff. 9.* Vgolinum de *potest. Episc. cap. 36. num. 3.* & alios.

2. Sed contrarium ego sentio; & ita tenent Hen- riquez lib. 3. de penit. cap. 14. num. 8. & Villalobos in sum. tom. 1. tract. 9. dispic. 59. num. 4. vbi sic allert. Los peregrinos y caminantes se han de uuzgar como si fuesen subditos del Obispo del lugar donde se hal- lan, que en este sentido se ha de entender la costum- bre, y la extrauagante de Eugenio IV. si el caso esta referuado en ambos Obispados, ha le de absoluer el Obispo, o el que tuuiere su auoridad para absoluer de los casos referuados, y lo mismo es si el caso esta referuado solamente en el Obispado donde esta, mas si el caso esta referuado solamente en su proprio Obis- pado, en tal caso puede absoluer el Confessor del Opis- pado adonde esta, aunque no tenga auoridad para absoluer de casos referuados como tienen Cayetano, Pulpudano, y Suares. Ita Villalobos; & haec omnia a fortiori procedunt in Confessariis * Regularibus, modo penitentes id non faciant in fraudem proprij Ordinarij.

RESOL. XLIX.

An peregrini incidentes in aliquos casus referuatos il- lius Diocesis, possint absolui a Confessario non ha- bente potestatem, nec iurisdictionem absoluendi a re- seruatis?

Et an qui habet peccata referuata in vna Diocesi, non possit data opera ad aliam Diocesim pergere, vt ibi absoluaatur, &c?

Et an externus, qui in hoc loco peccata hic referuata commisit, nequit absolui nisi ab habente potesta- tem circa referuata? Ex part. 1. tract. 2. & Misc. 2. Ref. 48.

§. 1. Interrogatus de hoc casu non vt responderem quid ego sentirem sed an secundum aliquos opinio affirmatiua esset probabilis: Et affirmatiue respondi, nam Leander de Sacramentis tom. 1. tract. 5. disp. 12. q. 27. negatiuam sententiam, quam ipse tenet, vocat probabiliozem. Ergo affirmatiua erit probabilis; & pro illa citat Fagundes, Vegun, Grafium, & Petrum de Ledesma. Hanc sententiam etiam tan- quam probabilem admittit Andreas Mendo in Bull. Cruciat. disp. 23. c. 2. num. 22. vbi sic ait, Habentem peccata referuata in vna Diocesi, non posse data ope- ra ad aliam Diocesim, in qua non sunt referuata, pergere, & ibi absolui declaratum fuisse in Sacra Congregatione Cardinalium die 19. Nouembris 1616. affirmat Zambellus, verbo Casus, 26. Contra- rium videtur probabile, si tamen Confessarius ha- bet facultatem absoluendi a referuatis in sua Diocesi; nam id plures docent, quod autem data opera il- le pergat ad aliam Diocesim, non obstat, cum suo iure utatur. Et quidem tunc ille iudicatur esse eius Diocesis; in qua iudicio se submittit, & absoluitur secundum consuetudinem eius Diocesis. Fateor, hanc doctrinam a predictis Auctoribus tradi de Peregrinis, bona fide, & non data opera in aliena Diocesi consentibus peccata, quae in sua erant referuata, esto non sint in illa; sed non impro- babiliter fieri potest praedicta extensio. Quin, & Confessorem non habentem potestatem ad absol- uendum a referuatis in hac Diocesi, posse in illa absoluer a peccatis referuatis in alia, docet Ro- driquez in sum. cap. 55. conclus. 2. cum plu- ribus, quia penitens, qui hic confitetur; iudicatur incola huius loci, & iuxta forum huius absoluitur, in hoc autem loco, supponitur, non esse ea peccata referuata.

2. Ob hanc rationem penitens externus, qui in hoc loco peccata hic referuata commisit, quamuis non

sint referuata in loco, a quo discessit, nequit absolui, nisi ab habente potestatem circa referuata. Sic Caietanus in summa verbo Absolutio 2. Probabile tamen est oppositum. Ita Mendo.

3. Sed vt meam promam sententiam, ego negati- uae adhaereo. Dico igitur peregrinos, & aduenas ex recepta consuetudine existimandos esse in ordine ad confessionem, sicut eos qui sunt incola eiusdem loci: neque enim Confessarij huius Ciuitatis de- bent, aut possunt interrogare singulos penitentes de patria, vel an sint Peregrini, & multo minus de casibus referuatis in sua parria, quos certe nec Confessarius huius Ciuitatis, nec ipse penitens Peregrinus scire possunt. Debit ergo consuetudo, vt utilis esset ad praxim, ita introduci, vt solum sit attendendum ad locum, in quo fit confessio. Vnde si penitens confiteatur aliquod peccatum, quod in lo- co, a quo discessit, non erat referuatum; in loco tamen Confessionis sit referuatum; Confessarius, qui in hoc loco non habet facultatem ad referua- ta non potest eum absoluer. Et ita sentit ex Sua- rez Cardinalis Lugo de Penit. disputat. 20. sect. 1. num. 72.

RESOL. L.

Hic Panormi fo domia referuatur a Domino Archie- piscopo; quidam iter agens per aliam Diocesim suis absoluit a tali casu a quodam Sacerdote ordi- nario: postea Panormum rediens, cum incidenter in- altera confessione id explicaret, noluit Confessarius illum absoluer, asserendo illam confessionem fuisse inuvalidam, & ipsum non habere potestatem absol- uendi a casibus referuatis; quaesitum a me fuit, an haec opinio esset vera?

Et an hoc intelligatur, quando quis non suscipit pere- grinationem in fraudem legis, ea de causa sola, vt possit alius confiteri?

Et quid est dicendum, si supradictus casus, vel alius fuisse in vtraque Diocesi referuatus? Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 56.

§. 1. Responsum illam mordicus docere ex Socie- tate Iesv; Paul. Comitoli. in suis responsio- nibus moral. lib. 1. q. 28. num. 2. Negrini in addit. ad 3. p. tom. 2. q. 8. art. 5. dub. 10. fol. mibi 296. Sotum in 4. sent. dist. 18. quest. 2. art. 4. & ex nostris P. Megalam in 1. p. lib. 1. cap. 10. num. 14. Graff. p. 1. lib. 1. cap. 13. num. 46. & plerosque alios, qui omnes asse- runt iter facientes, licet possint in omni loco confi- teri peccata sua cuiuscumque Sacerdoti approbato, & hoc ex praesumpta concessione proprij pastoris; ta- men hoc illis minime licere, si habent casus referua- tos. Probat hanc sententiam Comitulus, & Negrinus praecipue ex auctoritate Bonifacij VIII. si Episcopus de penit. & remis. lib. 6. vbi ait. Si Episcopus suo subdito concesserit, vt sibi possit idoneum eligere Confessorem: ille, quem is eligerit in casibus, qui eidem Episcopo specialiter referuantur, nullam ha- bet penitus potestatem. Deinde si opinio contraria esset vera, multi peregrinarentur hac sola intentione, vt absoluerentur a casibus referuatis. Sed hoc est ma- ximum inconueniens. Ergo.

2. At verius, & magis probabiliter dicendum mihi videtur, subditum vnius Episcopi iter agentem per aliam Diocesim, non solum confiteri posse Confes- soribus illius Episcopatus; sed etiam a casibus referu- atis absolui, licet Confessarius non habeat in illo Episcopatu facultatem circa peccata referuata; dum- modo peccatum non sit referuatum in vtroque Epi- scopatu, vt non erat in casu nostro; quia tunc clarum est,

est, non posse remitti à tali Confessario. Ita Suarez *ubi supra*. Regim. in *praxi*, tom. 1. lib. 8. c. 5. sect. 3. numero 69. Henricq. lib. 6. c. 14. num. 8. litt. Q. Homobonus *de casib. ceterum* p. 1. c. 2. fol. 46. & alij. Et ratio est, nam, ut ait Suarez in 3. p. tom. 4. *disp.* 30. *sect.* 1. num. 4. qui iter agit in alieno Episcopatu, non ideo ibi confitetur, & absolui potest, quia vitur facultate eligendi Confessorem; sed quia hoc ipso, quod versatur in alieno Episcopatu, potest ibi absolui, more incolarum illius Diocesis, & itale gerere, ac si esset subditus Episcopi illius loci: hoc enim sensu intelligi debet consuetudo approbata ab Eugenio IV. quam habent peregrinantes in itinere confitendi; sed quia in illa Diocesi non sunt reservata peccata illa, quae in proprio Episcopatu sunt. Ergo ab illis poterit absolui à quocumque Confessario approbato, in reservata potestatem non habente.

Unde patet responsio ad primum argumentum Comitolij, & Nugni. Nam, ut diximus, in nostro casu, penitens non vitur facultate eligendi Confessarium, sed se habet tanquam incola illius Diocesis: & patet à simili; nam, ut notat Homobon. *ubi supra*, iter faciens, si calus habeat referatos Episcopo loci, in quo confitetur, qui non sint reservati Episcopo proprii domicili, clarum est non posse à quolibet simplici Confessario absolui, quia iudicandus est iuxta leges loci, in quo reperitur. Ergo si habeat casus referatos Episcopo proprii domicili, & non Episcopo loci, videtur posse absolui à Sacerdote ordinario, ex ratione supradicta. Vel responderi potest, quod licet tales peregrinantes eligent Confessarium, ex facultate proprii, consuetudinem ita talem licentiam interpretari, ut possint absolui etiam à casibus reservatis à quocumque confessario, in illo loco approbato.

Sap. hoc in Ref. 2. not. praeritae, §. vit. post me. dium, cursum in vest. y. lo. melino es, & lege Ref. 3. not. praeritae, & ex Ref. 4. eundem §. vers. Quinto

Pro contento in hoc §. vit. in Ref. 3. not. prima huius Ref. paulo post initium, vers. Habentem peccat. & in aliis annot. praeritati veri.

4. Ad secundum argumentum respondeo, ex Coninch *de Sacrament. disp.* 8. *dec.* 8. num. 67. Graffio *in suis dec. aur. p. 1. lib.* 1. c. 13. num. 47. & Homob. *loc. cit.* nostram sententiam intelligendam esse de iis, qui non suscipiunt peregrinationem in fraudem legis, ea solum de causa, ut possint aliis confiteri. Ex his omnibus apparet, dictum penitentem, de quo consultus fuit, ite absolutum fuisse.

RESOL. LI.

An si v. g. furtum, sodomia, &c. essent casus reservati in aliqua Diocesi, si committantur in Monasterio Regularium exemptis, possint à quocumque Confessario absolui?

Et docetur, quod non dicitur subditus, qui intra Diocesium furtum in loco exempto, ut in Monasterio, commisit.

Et quaeritur, an puella manentes in educatione apud Moniales exemptas subiacent iurisdictioni, aut reservationi casuum factae ab Ordinario loci?

Et an violantes statutum, vel sententiam Episcopi in Monasterio exempto incurrant excommunicationem ab Episcopo latam? Ex part. 10. tr. 14. & Misc. 4. Ref. 9. aliis 7.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam novissimè docet Carolus de Baucio in *Miscellaneis casuum conscientiae* tom. 2. *Opuscul.* 3. *quasi.* 269. vbi sic ait: Sciendum est quod Monasteria Regularium, licet sint intra Diocesium, sunt loca exempta quoad iurisdictionem Episcopi; nam locus exemptus, & locus extra Diocesium aequiparatur ex glossa in *Clementina* 1. *de Foro comper.* & expresse docet Henricus, *lib.* 13. *cap.* 26. num. 2. vbi docet, quod non dicitur subditus, qui intra Diocesium fecit furtum in

loco tamen exempto, ut in Monasterio. Idem docent Doctores teste Sylvestro, *verb. Excommunicatione*, 2. num. 12. ita etiam docent Doctores teste Bonacina, tom. 1. d. 1. *quasi.* 1. *punct.* 11. num. 8. Sed petes, quid dicendum si quis commisit peccatum reservatum in loco exempto, puta in Monasterio intra Diocesium, quis potest illum absolvere? Respondeo posse absolui à quocumque approbato Confessario caritate potestate super reservatis, & ratio mihi est, quia tunc non incidit in casum reservatum, quia illud fuit commissum in loco exempto, consequenter absolui potest à quocumque simplici Confessario approbato, ut patet ex supra allata doctrina. Ita Baucius *ubi supra*. Ex cuius doctrina inferitur, quod si quis Panormi committeret casum reservatum in Ecclesia sancti Cataldi, posset absolui à quocumque Sacerdote ab Ordinario approbato, etiam si non haberet potestatem absolvendi Casus reservatos, quia dicta Ecclesia sancti Cataldi est locus exemptus à iurisdictione Archiepiscopi Panormitani, & subditus Archiepiscopo Montis Regalis.

2. Confirmatur si praedicta sententia ex doctrina amicitissimi Patris Pellizarij, *tractatu de Monialibus*, cap. 5. *sectione* 4. num. 190. vbi sic asserit. Quares an puella manentes in educatione apud Moniales exemptas, subiacent iurisdictioni proprii Ordinarij? Respondetur, quod cum iuxta dicta à Layman, *libro* 1. *tract.* 4. *cap.* 11. num. 5. locus exemptus, & locus extra Diocesium aequiparantur, ex Glossa in *Clementina* 1. *de Foro comper.* non omnino improbabiler possent quis asserere dictas puellas non subiacere Ordinario, nisi in iis casibus, in quibus ei subiacent ipsemet Moniales exemptae: sicut neque subiacerent in casu, quo illae essent extra Diocesium. Et postea num. 191. quaerit an dicta puella, quando commorantur in Monasterio Monialium exemptarum, subiacent reservationi casuum factae ab Ordinario loci? Et respondet videri probabile, quod non subiacent; si enim non subiacerent casibus Ordinarij Ferrariensis v. g. si existerent extra Diocesium Ferrariensem, sic nec illis subiacerent, si existat in loco exempto (cuiusmodi est Monasterium Monialium exemptarum) siquidem locus exemptus aequiparatur loco extra Diocesium. Et testatur ita etiam sensisse viros Doctos à se consultos.

3. Confirmatur secundo ex doctrina DD. asserentium Monasteria existentia intra Diocesium Episcopi esse exempta ratione sui non solum, sed etiam ratione personarum. Idem prius docuit Henricus *lib.* 13. *cap.* 16. num. 2. & deinde secutus est Bonacina cum aliis DD. à se citatis, de censuris, *disp.* 1. *quasi.* 1. *part.* 1. num. 8. circa finem, vbi docent, violantes Statutum Episcopi in Monasterio exempto non incurrere excommunicationem ab Episcopo latam; & addit, hoc est verum iuxta sententiam Avila, & aliorum, non solum quando censura est lata per statutum, sed etiam quando est lata per sententiam. Unde sequitur, quod si aliquis subditus Episcopo ante promulgationem Edicti existeret iuxta Diocesium in Monasterio regulari, non incurreret censuram si tali die non iret ad processionem, dummodo non exeat à Monasterio regulari tali die.

4. Sed licet haec omnia probabiliter dicta sint, etiam probabiliter alij contrarium sentiunt. Vide Suarez *de Censuris*, *disp.* 5. *sect.* 4. num. 26. Coninch. d. 13. *de censuris*, *dub.* 7. num. 63. Salas *disp.* 14. *de legibus*, *sect.* 6. num. 85. Alterum *de censuris*, *disp.* 5. *de causa excommunicationis*, *lib.* 3. *cap.* 5. *vers.* *Hic autem*. Fillio eius tract. 1. *cap.* 5. *quasi.* 9. num. 149. Merollam, tom. 2. *Theol. Mor.* *disp.* 4. *cap.* 6. num. 489. Coehier, *de iurisdic. Ordinarij in exemptis*, *part.* 2. *quasi.* 45. num. 2. & sequenti. & Palaum *part.* 1. *Oper. Moral.*

Sup. hoc in tractat. 3. diſput. 1. punct. 2. §. 5. num. 30. aſſerentes
 de 66. Monasteria Regularium eſſe loca exempta, non ra-
 tione ſui, ſed ratione perſonarum. Ergo corruunt
 omnia ſupradicta. Et nouiſſimè ſapientiſſimus Pater
 Arriaga in curſu Theologico, tom. 4. tract. de legibus,
 diſputatione 13. ſect. 2. num. 21. & 22. ſolide probat
 diuerſum eſſe locum exemptum à loco extra Diocèſim:
 Et idèd, ego magis adhæreo huic ſententiæ, quam
 licet contraria non careat ſua probabilitate, quam
 præter Doctores citatos, tenet Bordonus in Conſ. Re-
 gul. tom. 1. reſol. 7. n. 4. Bonacina de cenſuris, queſt. 1.
 punct. 11. num. 8. Paſqualigus in queſtionibus Can.
 queſt. 176. per totam. & Marcus Vidal. in Arca Theo-
 log. Moral. titul. de cenſuris, Inquiſit. n. 36.

RESOL. LII.

An incidat in caſum reſeruatum blaſphemia, ſi quis in
 ebrietate illam proferat, quam ante ebrietatem
 præuidit?
 Et an iſte cenſuram incurrat, ſi ea eſſet lata contra
 blaſphemantes?
 Et an ſi quis vinum uſque ad ebrietatem ſumeret ad
 finem, & animo iactandi blaſphemias, iſte incidat
 in caſum reſeruatum blaſphemie, ſi illas proferat in
 ebrietate?
 Et an iſte in iſto caſu non teneatur conſiteri, ſe illas
 iactaſſe, ſed ſatis ſit dicere, quod ſe inebriauit animo
 illas iactandi?
 Et notatur caſum reſeruatum blaſphemie eſſe de blaſ-
 phemia publica, & conſuetudinaria.
 Sed difficultas eſt, quænam dicenda ſit blaſphemia pu-
 blica, & quænam dicatur prolata ex conſuetudine?
 Et an conculcantes & percutientes imagines ſacras ſint
 blaſphemi vel ſacrilegi?
 Et an hoc delictum pertineat ad S. Officium? Ex part.
 10. tr. 14. & Miſc. 4. Ref. 70. aliis 68.

Sup. hoc in §. 1. Aliqui affirmatiuè reſpondent. Ratio illo-
 rum eſt, quia talis blaſphemia diceretur
 voluntaria in cauſa. Et ſic putant quod iſte incidere
 in Cenſuram, ſi ea eſſet lata contra blaſphemantes.
 Ad quod facit regula, quam communiter tradunt
 Doctores ad diſponendum quodnam voluntarium
 ſufficiat ad incurrendam cenſuram: videlicet, ſi ver-
 ba legis abſolute prohibeant aliquid delictum ſub
 cenſura, puta homicidium, cenſuram incurri volun-
 tariè occidendo eo voluntario, quod ſufficit ad cul-
 pam lethalem, & ad contumaciam contra Eccleſiam.
 Sed voluntarium in cauſa ſufficit ad peccatum mor-
 tale: Ergo ſufficiet ad cenſuram: Ergo etiam ad re-
 ſeruationem. Secùs verò quando culpa ſua fuiſſet
 quidem factus ebrius, ſed tamen non aduertiffet ad
 periculum blaſphemandi, quia in tali caſu ſola ebric-
 tas eſſet illi imputanda, non blaſphemia.

2. Sed Oliuerius Mazuchellus, in tract. de caſibus
 reſeruat. diſp. 2. cap. 16. queſt. 3. num. 55. contrariam
 ſententiam docet, quia talis blaſphemia in ebrietate
 prolata, non eſt peccatum: ergo nec reſeruata. Pro
 quo aduerte blaſphemiam, & alia peccata oris, puta
 hæreſim, maledictionem, contumeliam eſſentialiter
 non eſſe talia, niſi cum vſu rationis proferantur.
 Cæterum ita blaſphemantem non incidere in caſum
 expreſſè docet Graſſius in Praxi, lib. 1. cap. 10. nu-
 mer. 52. Addit etiam idem Mazuchellus id verum
 eſſe etiamſi quis vintum uſque ad ebrietatem ſumeret
 ad finem blaſphemandi, iſte non incidere in caſum.
 Et ratio eſt, quia illi adhuc imputari non poſſet pec-
 catum blaſphemie; vtpotè quod vſum rationis re-
 quirat. Vide Sancium in Selectis diſputat. 20. n. 5. ad
 medium, qui ad finem numeri infert, eum, qui ſe in-

ebriauerit animo iactandi blaſphemias, ſi tempore
 ebrietatis illas iactet, non teneri in confeſſione di-
 cere ſe illas iactaſſe, ſed ſatis eſſe dicere quod ſe in-
 ebriauerit animo illas iactandi.

3. Notandum eſt tamen hic obiter, caſum reſer-
 uatum blaſphemie eſſe de blaſphemia publica, &
 conſuetudinaria. Difficultas eſt, quænam dicenda ſit
 blaſphemia publica. Dico igitur cum noſtro Patre
 Vidal. in Arca Theolog. Mor. tit. de blaſphemia. In-
 quiſit. vnica, num. 38. quod ad minus coram ſex per-
 ſonis audientibus pronuciari blaſphemiam, dicen-
 da eſt blaſphemia publica; quia penè occultum di-
 citur, quod ſit coram quinque, cap. Quis aliquando.
 §. Hac ergo ſecreta de Panit. diſp. prim. & Gloſſ. in cap.
 Maniſeſta 2. queſt. 1. vbi habetur, occultum, dici,
 quod quinque ſciunt. Obſeruat etiam idem Vidal,
 num. 41. cui adde Finellium, de caſibus reſeru. caſ. 3.
 n. 26. non eſſe dicendam blaſphemiam publicam,
 quando quis blaſphemat coram filiis, vel famulis
 tantum, etiamſi eſſent plures quàm decem: Nam ad
 dicendam blaſphemiam publicam requiritur præſen-
 tia, & intelligentia Exteriorum, qui non ſint ex fa-
 milia blaſphemantis. Altera difficultas eſt, quænam
 blaſphemia dicatur prolata ex conſuetudine. Aliqui,
 vt Graſſius in ſua Praxi Caſuum reſeru. lib. 1. cap. 10.
 num. 14. Lucas Floronus de Caſibus reſeru. part. 2.
 caſu 3. num. 10. & alij ex tribus actibus volunt induci.
 Alij, vt Iaſon in leg. Ait Prætor. 1. §. Iurari. ff. de
 Iurando, num. 4. cum eius Aſſecſis, ſentiunt non
 conſtitui per ternos actus, ſed requiri multò plures,
 non tenentes tamen numerum. Alij volunt, nec decem
 ſufficere actus in vno, aut altero die productos,
 vt Finellius cum eius Sæctatoribus tr. de Caſib. reſeru.
 caſ. 3. num. 28. alij procedunt cum diſtinctione ſic,
 vel conſuetudo eſt circa peccata contra Juſtitiam, vt
 peccatum furti, & homicidij; vel eſt, circa peccata
 contra charitatem, velut eſt ſodomia, inceſtus, blaſ-
 phemia, &c. Suppoſita hac diſtinctione, dicunt in
 peccatis contra Juſtitiam conſtitui conſuetudinem ex
 geminato, aut triplicato peccato interpolatis tem-
 poribus parato; & autumant ſic debere intelligi
 Doctores ſtatuentes conſuetudinem conſtitui ex du-
 plici, aut triplici actu; nam quis non affirmaret illum
 eſſe conſuetudinarium furem, aut homicidam, qui in
 anno tria committeret furta graua aut homicidia?
 Cæterum in peccatis ſolummodo contra charitatem
 exiſtunt non eſſe improbabilem opinionem Fi-
 nellij, & eius Sæctatorum, dicentium neque decem
 ſufficere actus in vno, aut altero die productos,
 Patet enim, quod ſi reſeruetur mollities, quæ eſt
 peccatum contra charitatem, non ſufficeret actus
 ternus, vel quaternus, aut etiam maior numerus ad
 conſtituendam conſuetudinem. Quapropter leui
 negotio Doctores diſſidentes de numero iterationis,
 ad conſtituendam conſuetudinem poſſent conciliari
 hanc admittendo diſtinctionem, quam vt longè at-
 tendendam, propono; quia diſtinguentes, vel at-
 tingunt veritatis finem, vel ei approximantur. Alij
 declinando ab extremis, tanquam periculofis, & viam
 ſequentes medium, quæ vulgo dicitur, Regia, aiunt
 quinque ſufficere actus, & in propoſito quinque
 blaſphemias, ad conſtituendum hominem conſue-
 tudinarium in blaſphemiis. Iſtius ſententiæ ſunt
 præcipuè, quos viderim ipſe Lazarius Canoniar.
 Q. Q. queſt. 8. num. 5. Homobonus de Caſibus reſeru.
 part. 2. caſu 1. Petrus Bellochius in Praxi Morali
 Theolog. part. 2. queſt. 1. num. 242. & ita etiam docet
 Vidal, num. 40. Ex his patet, quod rarò accidit, vt
 obſeruat Finellius vbi ſupra num. 29. conſuetudina-
 rium, & publicum, in eodem concurrere; Multi
 enim ſunt blaſphematores conſuetudinarij, qui tam-
 en non ſunt publici, & è contra; caſus vero com-
 plectitur

Sup. conten-
 to in hoc §.
 lege doctri-
 nam §. 1. per
 rorum, Ref.
 ſeq. & pro
 parte vide
 doctriam §.
 Ref. not. ſeq.

Sup. hoc
 præter do-
 ctinam §. not.
 præterea, ſi-
 gnanter in
 tom. 5. tr. 11.
 ex Ref. 8. le-
 ge doctri-
 nam §. Nota
 tamen.

plectitur utrumque. Neque hoc dixisse volui ad laxandas Confessariorum manus, verum ad eosdem liberandos errore, ne, si forte quępiam absoluant contra conscientiam erroneam sponte sua, si non excommunicationis, saltem mortalis peccati laqueo se implicant, & plurimi etiam se excommunicatos credent, etsi non essent.

4. At si aliquis hic querat, an conculcantes, vel percutientes sacras imagines sint blasphemii, vel sacrilegi? Respondeo, hanc esse blasphemiam, docere Gypium de casibus reservat. cap. 9. casu 3. num. 8. esse verò sacrilegium melius tenet Pater Vidal. *vbi supr.* num. 33. Sed quicquid sit de hoc, certum est tale delictum pertinere ad Sanctum Officium tanquam merè Ecclesiasticum; & ita me citato tenet nouissimè Antonellus in *Regim. Eccl. Episc. tom. 2. lib. 6. cap. 25. num. 1.*

RESOL. LIII.

An sit blasphemus consuetudinarius qui post retractatū per actum oppositum pravam voluntatem, iterum deliberatè per tres vices blasphemat?

Et an iste nunquam incidat blasphemando tali modo in casum reservatum blasphemia publicæ, & ex consuetudine; & hoc toties quoties per retractationem, & post actum contritionis extra Sacramentum detestatur consuetudinem aduertenter blasphemandi, si iterum semel, vel bis, aut ter blasphemat post ultimam retractationem, confessionem, vel contritionem?

Et notatur, quod hoc non debet intelligi de blasphemis eodem tempore, eodemque impetu ira prolatis, sed de euomitis in interpolatis temporibus.

Et quid est dicendum de eo, qui in ludo eodem, & cum eisdem personis ex intervallo, & interpolatis diuersis verbis pluries blasphemauit Deum, vel B.V. virginem, an, inquam, incidat in casum reservatum, ut blasphemus ex prava consuetudine? Ex part. 1. o. tr. 14. & Misc. 4. Ref. 7. 1. aliis 69.

Sup. doctrina §. 1. **A**ffirmatiuè respondet Carolus de Baucio de casibus reservat. Ecclesia Neapolitana, fol. 41. vbi sic ait: Dubium est, qui sic blasphemat coram quinque Deum ex perueria consuetudine, sed accepta penitentia in foro penitentiali decreuit apud se non amplius blasphemare; verum post aliquod temporis spatium, iterum re incidit bis, aut ter coram sex personis, an iste dicatur peruersè blasphemare? Respondetur quod sic, quia consuetudo facile inducitur, sed difficulter repellitur, & res de facili redit ad pristinam naturam Rursus illud dicitur nunquam fuisse, quod nunquam decreuit, ut patet ex cap. *Nam & ego*, iuncta gloss. de verb. significat. sed qui post blasphemiam penitentia peracta recidunt, non videntur persistisse in penitentia: ergo perseverant in habitu peruerso blasphemie, ut consuetudo reuiuiscat; ut patet ex Textu, in cap. *Eos*, qui de sentent. Excommunicat. in 6. Hucusque Baucius; cui adde Grassium, de Casib. reservat. lib. 1. cap. 10. num. 67.

2. Sed negatiuam sententiam tenet noster Pater Vidal. in *Arca Theolog. Mor. tit. de Blasphemia. Inquis. vnica*, num. 42. sic asserens: Quares an censetur blasphemans ex perueria consuetudine ille, qui dum confessus est peccata sua habuit firmum propositum se corrigendi, & non amplius blasphemandi: attamen interiecto aliquo temporis spatio, iterum aduertenter blasphemat semel, aut bis coram tot personis sufficientibus ad faciendam blasphemiam publicam, & per consequens an illa blasphemia com-

prehendatur sub casu reservato? Respondetur negatiuè. Probatum primò, quia blasphemie remissa non aggravant, neque coincidunt cum subsequentiibus sed ista vltima non sunt ex se sufficientes ad constituendum blasphemantem ex consuetudine: ergo non censetur blasphemans ex prava consuetudine, qui post habitum efficacis propositum non amplius blasphemandi iterum semel, vel bis blasphemat, ac idcirco talis blasphemia non erit reservata: Antecedens probatur, quia blasphemie remissa per penitentiam sunt omninò extinctæ, quoad omne luum esse, & virtutem: ergo nullo modo concurrunt ad constituendas subsequentes: Nam quod in se nulum esse habet, neque etiam potest concurrere ad esse alterius. Secundò probatur: illa consuetudo peccaminosa blasphemandi videtur interrupta per efficacis propositum se abstinendi ab hoc blasphemie peccato: ergo cessat status huius peccati; cum eius causa sit interrupta, & ablata, & idèd per actus subsequentes denudò incipitur, non verò continuatur: ergo quis iterum blasphemando semel, vel bis, non censetur blasphemans ex consuetudine prava, & per consequens illa blasphemia non erit reservata. Aduertendum etiam est, hanc nostram probabilissimam, & veram opinionem verificari semper, toties quoties quis per actum contritionis extra Sacramentum Penitentiae detestatur hanc perueriam consuetudinem aduertenter blasphemandi. Vnde, si quis coram pluribus personis in diuersis temporibus profecerit semel, aut bis, vel ter blasphemiam aduertenter, & postea per verum contritionis actum se penitenter, & deinde interiecto temporis spatio iterum semel, bis, vel ter blasphemaret coram pluribus personis, ac præterea denudò se efficaciter penitenter, & id per plures vices obseruaret tam labi in peccatum blasphemie, quam resurgere cum Dei gratia dico, quod iste nunquam incidere blasphemando tali modo in casum reservatum blasphemie publicæ, & ex consuetudine. Patet ex supra adductis. Nota ergo pie Lector totum id diligenter, si vis immunis esse a multis scrupulis: Nam hic casus passim solet occurrere. Et hæc omnia docet Pater Vidal vbi supra: in cuius favorem obseruo hanc opinionem extare in tabella casuum conscientie Episcopatus Bergomensis, in qua vt obseruat Lyo de Casibus reservatis, part. 2. casu 11. num. 9. declaratur vt tempus ac numeratio actuum blasphemiarum incipiat post habitum vltimam confessionem, vsque ad immediatè sequentem. Et hoc etiam docet Floronus de Casibus reservatis, part. 2. cas. 3. num. 10.

3. Et nota hic superius dicta debere intelligi, non de blasphemis in eodem impetu iræ, eodemque tempore prolatis, sed de euomitis in interpolatis temporibus. Ratio est, tum quia actus plures vnico contextu facti, pro vnico iudicantur. Curtius, consil. 54. super duob. col. 1. in fine. Tum quia ex continuatione actus vnus crimen supponitur. Dices cum leg. *Nunquam plura*, ff. de Privat. delictis; quòd plura delicta pluribus penis plecti debent: ista autem sunt plura delicta, scilicet plures blasphemie: ergo, vel pluribus penis, vel saltem pena reuerationis puniri debent. Respondetur, quod nec pluribus penis plecti debent quia non sunt euomitæ cum intervallo temporis: nec item plecti debent pena reuerationis, quia non sunt plura peccata blasphemie formaliter loquendo, vti requiritur ad incidendum in casum, sed vnum. Obijcies, quod actus geminatus plus operatur, quàm simplex. leg. *Cum scimus*, Cod. de Agric. & censuris, lib. 11. Respondetur, quod operatur aliquid plus quoad ostensionem maioris malitiæ, sed non quoad multiplicatam actuum, seu blasphemiarum formaliter distinctarum.

4. Nota

4. Nota etiam, quod dubium est de eo, qui in ludo eodem, cum eisdem personis ex intervallo, & interpolatis diuersis verbis pluries blasphemauerit Deum, vel Beatissimam Virginem, an incidat in casum referuatum, vt blasphemans ex peruersa conuentione? Respondetur non incurrere casum referuatum, quia non sunt diuersae blasphemiae, si fuerint prolatae ex intervallo, & interpolatis diuersis vicibus in eodem ludo, quia solius temporis intervallum non inducit diuersitatem, vel pluralitatem delicti, sed diuersi impetus. Quare si eodem impetu diuersis temporibus tantum continuatis cum temporis intervallo fuerint prolatae plures, & plures blasphemiae, vna tantum censetur: Ad hoc facit Text. in leg. Quod lex. §. fin. ff. de adult. Et haec omnia docet Baucius, vbi supra fol. 37. & ante illum Grassius loco citato, num. 6. 1.

RESOL. LIV.

An alumni, qui viuunt in Collegiis Societatis Iesu, vel aliorum Regularium exemptorum subdantur casibus Episcopalibus? Idem est quoad confessiones & censuras. Ex part. 7. tr. 12. & Misc. 3. Ref. 1. 4. alias 12.

§. 1. **M**ouet hoc dubium Bordonus in consil. Regul. resol. 38. quest. 5. num. 10. vbi sic ait. An Scholares collegialiter viuentes sub cura, & disciplina Religiosorum exemptorum, vt sunt nobiles in Collegiis Societatis Iesu, aut aliorum Regularium subdiciantur quoad casus referuatos ab exemptis Superioribus Monasterij, vbi manent, an Episcopo, in cuius Diocesi habitant? 2. Respondetur, si consentitur Confessariis Regularibus ab Episcopo, necessario approbatis, tenentur casibus Episcopalibus, quia ille Confessarius, cui restricta est potestas, illos iudicare non potest, nisi virtute potestatis, quam habet a suo Episcopo, ac proinde a referuatis absolueret non potest secum collegialiter viuentes. Quod si confiteri possunt Confessariis solum intra Religionem admissis, subdiciuntur casibus Regularibus, quia talis Confessarius eos iudicare habet iuxta limites potestatis sibi communicatae a suo Superiore. Faciunt dicta superioribus sub questione 3. Confirmatur, quia isti confiteri possunt Confessariis solum in Religione approbatis, cum continui sint eorum commentales. Ita Bordonus: sed protulit dicendum est, supradictos, quoad confessiones, censuras & casus referuatos per omnia subiectos esse Episcopo in cuius Diocesi habitent; nec valet esse continuos commentales Regularium, nam ex suis viuunt expensis, & talem rationem alibi refutauimus.

RESOL. LV.

In Tabella casuum referuatorum Diocesis Panormitanae adest peccatum sodomia; quasitum a me fuit, an pueri ante annos pubertatis includantur in tali referuatione? Ex part. 2. tract. 15. & Misc. 1. Ref. 1.

§. 1. **D**vas inuenio apud Doctores sententias circa hanc questionem. Prima affirmat, sic Homobonus de cas. referu. p. 1. c. 3. fol. 60. ait: Peccata impuberum, vt masculorum ante 12. annum, referuationibus Episcoporum subduntur, nisi aliud eorum statutis caueatur: ita etiam docuit Lazarius tractat. de Blasphemia, q. 9. numer. 4. 2. & nouissime

Floronus de casib. referuat. part. 1. cap. 3. num. 3. 2. Secunda opinio negat, ita doctissimus Paludanus in 4. sent. dist. 34. qu. 2. artic. 1. & nouissime Iacobus de Grassis tom. 1. Consiliorum lib. 5. de adult. conf. 3. n. 13. & seq. vbi quaerit, an pueri succubi & muliebria patientes comprehendantur sub casu referuato; & respondet negatiue, quia sicut minor aetas in foro exteriori excusat a poena ordinaria, ita & in animae iudicio. Et ita etiam docet Bellocchius de cas. referuat. p. 2. q. 1. n. 203. & q. 17. num. 66.

RESOL. LVI.

Quidam Sacerdos absoluit penitentem, qui rem habuerat cum femina in vase propestero, tenens illam opinionem, hanc non esse veram sodomiam, nec includi in casu referuato sodomie posito in Tabella Illustrissimi Archiepiscopi; quasitum postea, an peccauerit, & an illud Sacramentum fuerit nullum, quia ille penitens aliud peccatum in illa confessione non fuerat confessus? Et discutitur, an in materia Sacramentorum sequi possit opinio probabilis, relicta probabiliori & tutiori? Et adde non solum errorem communem, sed etiam probabilem Doctorum opinionem efficere, vt Ecclesia det iurisdictionem, etiamsi forte opinio illa sit falsa, vt si probabile sit talem posse absolueret referuatis, censuris, & similibus. Ex part. 2. tract. 15. & Misc. 1. Ref. 29.

§. 1. **A**liqui, vt ipse asserbat, responderunt affirmatiue. Nam licet in aliis possit quis sequi opinionem probabilem, relicta etiam probabiliori & tutiori, vt nos supra probauimus, tamen hoc non est licitum in administrandis Sacramentis. Sed talis Sacerdos tenuit opinionem probabilem, & Ref. 64. vt §. cum illa Sacramentum administrat; ergo. Et ita hanc sententiam docuit Sancius in select. disput. 44. num. 19. Nugnus in addit. ad 3. p. tom. 2. q. 8. art. 5. dub. 1. Salas in p. 2. tom. 1. tract. 8. disp. vnic. sect. 10. n. 101. & sect. 27. n. 286. & 287. & nouissime Filliuc. in q. mor. tom. 2. tract. 21. c. 4. n. 139. vbi ait: In casu opinionum circa iurisdictionem Sacerdotis confessiones excipientis, magis tutam opinionem sequendam esse censeo, vbi tamen adesset communis error, cum titulo colorato satis tuto, potest talis haberi pro vero Confessario. Haec ille.

2. Sed ego ad propositum dubium negatiue respondendi. Nam licet verum sit, quod in materia Sacramentorum non sit sequenda opinio probabilis, relicta probabiliori & tutiori, non solum ratione obligationis charitatis erga proximum, vt voluit Vasquez in p. 2. tom. 1. disp. 63. cap. 3. verum etiam ratione reuerentiae debitae Sacramento, & ita absolute tenuit hanc opinionem Suarez in 3. p. tom. 4. disput. 26. sect. 6. num. 5. licet mihi distinctio Vasq. magis placeat, tamen ab hac regula, & ex ista conclusione excipitur casus, de quo loquimur: nam si aliquae opiniones circa iurisdictionem Sacerdotis ad audiendas confessiones versantur, & opinio probabilis doceat illam habere, probabilior autem neget, licitum est Sacerdoti relinquere probabiliorum, & sequi probabilem Ita. Malder. imp. 2. quest. 19. art. 5. disp. 86. ante dist. 7. Martinez tom. 1. in p. 2. q. 19. art. 9. dub. 6. concl. 7. Bonac. tract. de leg. disp. 2. q. 4. punct. 9. num. 19. Reginald. in praxi, tom. 2. lib. 1. cap. 8. num. 102. & 103. Coninch. de Sacram. disp. 8. dub. 3. concl. 6. num. 22. & dub. 6. num. 46. & Lessius de iust. lib. 2. c. 29. dub. 8. num. 68. vbi asserit: Adde non solum errorem communem, sed etiam probabilem

Sup. hoc in ita in Ref. 58. Et ideo §. vlt. sed lege eam per tom. 3. & in Ref. 64. vt §. in tom. 6. tr. 1. in fine Ref. 79. & in tom. 5. tr. 9. Ref. 35 §. 1. post medium, a veris, vnde asserit, & si placeat, lege hic infra in te. 7. doctrina Ref. 132. signanter ad medium.

* Sup hoc in tom. 8. tr. 1. Ref. 4. & in aliis eius primae not.

Sup. hoc in
tom. 1. tr. 1.
Ref. 4 § Sed
audiamus. &
in aliis § §
& verif. eius
not.

babilem DD. opinionem efficere, vt Ecclesia det iurisdictionem, etiam si forte opinio illa sit falsa; vt si probabile sit, talem posse absoluere à referuatis, vel centuris, & similibus. Ita Lessius, qui citat pro hac opinione etiam Henriquez lib. 2. de pœnit. cap. 14. num. 3. & 4. & illam etiam post Lessium & alios docet Sanchez in summa, tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 35. Quoniam (ait ipse) in talibus confessionibus semper quispiam fatetur aliqua venialia cum mortalibus, de quibus mortalibus est opinio probabilis; sed quilibet Sacerdos habet certam iurisdictionem circa venialia, & ideo cum pœnitens non ponat obicem, & sit certa iurisdictione in aliquam materiam partem, erit certus confessionis valor; & quamuis talis Confessarius careat iurisdictione in mortalia ea indirectè & per accidens, virtute illius iurisdictionis remittuntur, quicquid in contrarium asserat Nugnus vbi supra.

3. Dico igitur non solum adesse valorem Sacramenti in illa confessione, in qua pœnitens cum mortalibus, de quibus adesse opinio probabilis, confitetur aliqua venialia, vt modò asserbat Sanchez; sed etiam quando in illa confessione (vt fuit in casu, de quo interrogatus fuit) non confitetur, nisi illud peccatum, de quo extabat opinio probabilis, confessarium posse illum absoluere; nam tunc opinio DD. probabilis efficit, vt Ecclesia tali sacerdoti in illo casu conferat iurisdictionem.

4. Ad argumentum pro contraria sententia in principio positum, parèt responsio ex dictis. Nam in aliis casibus in materia Sacramentorum, sequendo opinionem probabilem, relicta probabiliori & tutiori, esset periculum irritandi Sacramentum, quod in casu de quo loquimur, non potest euenire. Nam licet illa opinio probabilis sit falsa à parte rei, tamen in tali casu iurisdictione suppletur & confertur ab Ecclesia. Illud verò quod ait Filliuc. mihi displicet. Nam si non esset admittenda doctrina superius posita in casu, de quo loquimur, sequerentur eadem incommoda, quæ sequerentur, Ecclesia non supplet iurisdictionem, quando est error communis, & titulus coloratus, in quo casu vult ipse iurisdictionem ab Ecclesia suppleri. Ex his omnibus apparet, me rectè consuluissè, Sacerdotem absoluentem cum opinione probabilis illum pœnitentem, qui rem habuerat cum femina in vase præpostero, non obstante referuatione peccati sodomia, non peccasse, neque irritum effecisse Sacramentum. Salua semper, &c.

RESOL. LVII.

An Bulla Pij V. contra Clericos Sodomitas obliget in foro conscientia, & sit vsu recepta? Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 61.

Sup. hoc in
tom. 1. tr. 1.
Ref. 38. §
Quoad &
perlegè ob-
ièctione Ca-
ramel. ad-
uersus hanc
quæst. in to-
6. tr. 1. Ref.
39. signanter
à lin. 1. §. 2.
& vide etiam
doctrinam al-
terius Ref.
eius primar-
not. & infra
vide Ref. 3
& alias Ref.

§. 1. Obligare putauit Nauar. in man. cap. 27. num. 249. & in hanc opinionem inclinat Gambarupta de casibus referuatis cas. 2. n. 4. 2. Sed contrariam sententiam docuit Iac. de Graff. in suis dec. p. 1. lib. 2. cap. 50. num. 4. & 5. vbi probat supradictam Extravagantem tantum pertinere ad forum exterius, & non esse in foro conscientia vsu receptam, tradiderunt Belloch. in praxi de cas. refer. p. 2. q. 1. n. 221. Auila de cens. p. 7. disp. 4. dub. 7. concl. 7. in fin. Henricus in sum. lib. 1. 4. §. 5. n. 1. & Prosper de August. in addit. ad sum. Quaranta, ver. sodomia, & ita asserit, respondisse multos viros doctos, & innuit Suar. de censur. disp. 31. sect. 4. num. 22. & absolute tenet Filliuc. de casib. referuat. p. 2. c. 7. §. 1. num. 8. vbi testator, quendam ex Societate Iesu testatum fuisse, Cardinalem Sabellinum Vicarium

Romani Pontificis consultum respondisse, hanc Bullam non esse vsu receptam. Sed quia fieri potest vt alicubi sit vsu recepta, ideo queritur.

RESOL. LVIII.

An Clericus incurrat in pœnas supradictæ Bullæ, si habeat rem cum aliqua muliere in vase præpostero? Et an incurrat in casum referuatum sodomia ille, qui cum muliere rem habuerit in vase præpostero? Ex part. 2. tr. 17. Misc. 3. Ref. 62.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Sayrus de supradicta Bulla, in addit. ad sum. Quaranta, verb. sodomia, & Aloyf. Ricc. in praxi p. 3. resol. 60. n. 4. & p. 1. resol. 302. n. 2. & in Collectaneis decif. part. 5. collect. 1877. Ratio est, quia concubitus cum femina in vase præpostero est verè sodomia, vt tenet Homobon. in exam. Eccl. q. 1. tr. 7. c. 28. q. 1. 14. Regis. in praxi tom. 2. l. 2. c. 3. sect. 10. n. 49. Lessius l. 4. c. 3. dub. 1. 3. n. 90. Llamas in sum. p. 3. c. 8. §. 21. Menoc. lib. 2. de arbitrariis cent. 3. cas. 286. n. 5. qui citat Cardinal. Dec. Afflict. & alios, vide etiam Iul. Clarus lib. 5. §. sodomia, n. 23. & Lambert. de iure patron. p. 1. lib. 2. in art. 1. principali, n. 1.

2. Et ideo Iac. de Graff. in praxi lib. 1. cap. 11. nu. 2. cum Riccio vbi supra, & Gambarupta de casib. referuat. cas. 2. num. 3. Homobon. de cas. referuat. p. 2. cas. 5. sect. 5. asserit, & conuenit cum femina contra naturam, esse includendum in casu referuato sodomia.

3. At mihi contraria sententia semper visa est etiam probabilis, & probabilè etiam illam vocat Barbola in collect. tom. 2. lib. 5. tr. 3. c. 4. n. 10. & in terminis nostræ Bullæ eam docet Azor. p. 3. lib. 3. cap. 19. quæst. 3. Florinus de cas. referuat. p. 2. cas. 7. §. 1. n. 9. & Belloch. vbi supra, num. 219. vbi probant, Clericum non incurtere in pœnas huius Extravagantis, si cognoscat feminam extra vas debitum. Ratio est, quia sodomia est peccatum contra sexum, & debitum instrumentum; sed quando aliquis præpostè cognoscat mulierem, si non seruat debitum vas, seruat tamen sexum. Ergo non committit propriè sodomia. Et ita docet D. Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 1. cum Caiet. Azor. vbi supra, cap. 20. quæst. 1. Tannerus in 2. 2. disp. 3. q. 3. punct. 6. num. 149. Valent. tom. 3. disp. 9. q. 3. punct. 3. Zamardos in direct. part. 2. præ. ept. 6. c. 10. Ioan. de la Cruz in direct. cons. p. 1. præ. 7. art. 7. dub. 8. concl. 1. Ledelma p. 2. trall. 2. 7. c. 1. §. concl. 1. Henriquez lib. 1. c. 17. num. 6. in gl. lit. A. & B. Bonac. tract. de matr. q. 4. punct. 1. 1. propos. 1. Filliuc. tom. 1. trall. 30. c. 8. n. 158. cum aliis.

4. Ex his apparet, me probabiliter olim respondisse, quendam non incurrisse in casum referuatum sodomia, dum habuit rem cum muliere in vase præpostero; & ita tenent Syllius in D. Th. 2. 2. c. 154. art. 1. 2. Bonac. vbi supra n. 5. Chapeauilla de cas. referuat. c. 15. quæst. 2. Summa Coronap. 1. c. 2. n. 16. Florinus de cas. referuat. p. 2. cas. 7. n. 6. & Iac. de Graff. libi contrarius in tom. 2. lib. 5. conf. 3. cum aliis.

RESOL. LIX.

An Clericus incurrat pœnas supradictæ Extravagantis, si non emisit semen intra vas? Ex quo deducitur, quod ad incurrendum in casum referuatum sodomia, necessarium est, vt semen intra vas effundatur, si autem, non erit propriè sodomia. Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 63.

§. 1. Respon

§. 1. **R**espondeo negatiue, & ita in terminis dicitur Bellochius in *praxi de cas. res. p. 2. q. 1. n. 210.* Azor. *p. 3. lib. 3. c. 19. q. 4.* Salzedo in *add. ad pract. crim. Diaz. c. 88.* Iac. de Graff. in *dec. p. 1. lib. 2. c. 90. n. 11.* Rodriq. in *sum. p. 1. c. 208.* Floron. de *cas. res. part. 2. cas. 7. n. 8. & 9.* Sayr. de *cons. lib. 6. cap. 1. 2. n. 23.* Campanile in *direct. iur. Canon. rubr. 1. c. 2. 2. n. 14.* Ledef. in *sum. tom. 2. tract. 27. c. 15. concl. 4.* Zanard. in *Theol. part. 2. prac. 6. c. 9.* Chapeauilla de *cas. res. c. 15. q. 3. p. 2.* Finellius de *cas. res. cas. 9. n. 6.* Coriol. de *cas. referu. p. 2. cas. 9. n. 26. in fin. Filiuc. tom. 1. n. 17. c. 7. n. 127.* Aloyf. Ricc. in *praxi. tom. 3. resol. 6. 2. n. 2. & p. 1. ref. 9. 2. n. 2.* Prosper. de August. in *add. ad sum. Quaranta. verf. Sodomia.* Suar. de *cons. disp. 3. 1. sect. 4. n. 21.* Et ratio est, quia quando lex prohibet aliquod delictum, intelligit de delicto consummato; sed quando semen intra vas non immititur, non dicitur sodomia consummata. Ergo, &c. Maior patet ex auctoritate c. *hac autem dist. 5. de pen. & ex l. 1. §. hac verba, ff. quod quisque iuris.* Minor probatur ex communi DD. sententia, qui asserunt non esse perfectè sodomiam, quando masculus habet rem cum masculo, si non emittat semen intra vas. Vide Regin. *to. 2. lib. 2. c. 3. sect. 1. o. n. 49.* Sanch. de *mar. tom. 3. lib. 10. disp. n. 13. & alios.*

2. Hinc rectè deducitur ad incurrendum casum referuatum sodomiæ, necessarium esse, vt semen intra vas effundatur, sin aliter, non erit propriè sodomia, & per consequens, nec casus referuatus. Ita Bonac. de *matrim. quæst. 4. punct. 11. n. 2.* Finellius de *cas. res. cas. 9. num. 6.* Chapeauilla *cap. 25. quæst. 2.* Graffius *tom. 1. lib. 5. cons. 3. num. 20. de adulter.* Homobon. de *cas. res. part. 2. cap. 4. sect. 5. & in exam. Eccles. part. 1. tract. 7. cap. 38. quæst. 114.* vbi asserit, tunc sodomiam esse casum Episcopo referuatum, quando delictum est consummatum, & perfectum, quod accidit, quando seminatio facta est in vase obsceno; vel etiam, ex multorum sententia, si membrum ex partibus pudendis extrahatur, & extra vas semen effundatur. Quæ quidem vltima verba sunt valde adnotanda, licet aliqui contrarium sentiant; nam in tali casu sodomia non est consummata, sed attentata. Ergo non est casus referuatus; sicut etiam non erit casus referuatus, si membrum intra vas ponatur per multum spatium temporis, incipiendo, & prosequendo actum sodomiticum, sed semen non effundatur. Vide Molfes. in *sum. tom. 1. tract. 7. c. 20. cas. 9. num. 109.*

RESOL. LX.

An in penas dictæ Bullæ incidant Clerici tam agentes vniuersi sodomiticum, quam patientes. Et an casus referuati sodomiæ extendantur solum ad agentem, & non ad patientem? Ex part. 2. tract. 17. & Milc. 3. Ref. 64.

§. 1. **A**firmatiuam sententiam amplexus est Aloyf. Riccius in *praxi tom. 3. resol. 57. n. 7.* Floronius in *tract. de cas. res. p. 2. cas. 7. §. 1. n. 6.* & Coriolan. *tract. de cas. res. part. 2. cas. 9. §. 10. n. 130.* quia tam Clericus agens, quam patientis dicitur sodomiam perpetrare: vnde iura, penas infligunt contra sodomiticos, loquuntur, tam in agente, quam in patiente, vt constat ex auctoritate *l. cum vir. C. de adult. §. 1. in auth. non luxuriantur contra naturam;* & rectè quidem, nam in correlatiuis dispositum in vno censetur etiam dispositum in alio ex illis. & ita Bonac. *tract. de matrim. q. 4. punct. 11. n. 2.* Finellius *tract. de cas. referu. cas. 9. n. 5.* & alij, putant in casum referuatum sodomiæ, incurtere tam agentem, quam patientem.

Tom. I.

2. Sed in contrarium posset aliquis dicere, patientes non posse propriè dici sodomiticos, sed molles, iuxta illud D. Pauli *1. Cor. 6. neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt.* Vbi glossa sic exponit, quam sequitur D. Thom. in *1. 2. q. 138. art. 1. ad 1.* & Caiet. in *sum. ver. mollities. in fin. vbi asserit, quod molles dupliciter dicuntur, vel quia patientes sunt cum aliis, vel quia peragunt in se pollutionem voluntariam. Deinde tum ex diuersitate vocabuli, tum ex diuersitate pœnæ, tum ex grauitate secleris adest magna differentia inter agentem, & patientem; nam maius est peccatum agentis, quam patientis, vt notauit D. Antonin. in *sum. part. 3. tit. 17. cap. 17. §. 4.* & in foro contentioso, maior pœna imponitur agenti, quam patienti. Vnde Iac. de Graff. in *pract. cas. res. lib. 1. cap. 11. num. 7. §. 26.* putant, quod referuatio casus sodomiæ extendatur solum ad agentem, & non ad patientem. An verò hæc opinio sit probabilis, iudicent viri docti.*

Sup. hoc inf. in Ref. 65. §. Quæro sciendo, & in aliis eius annot.

RESOL. LXI.

An Clericus sodomiticum crimen admittens semel, vel bis, aut ter incurrat penas supradictæ Bullæ? Et an sit denuntianda mulier, quæ semel maleficium fecit, aut superstitionem, nisi sapesit hæresim? Ex part. 2. tractat. 17. & Milc. 3. Ref. 65.

§. 1. **A**firmatiuam sententiam tenuit Azueed. *lib. 8. recop. leg. 1. tit. 2. l. n. 12. & 23.* Io. de Vela de *penis delict. c. 33.* Ceuallos in *tract. de cognitione per viam violentiam. p. 2. q. 87. n. 4.* Ignatius de Salzedo in *add. ad pract. crim. Bernardi Diaz. c. 8. lit. C.* & post illum nouissimè Flauius Cherubinus in *compend. Bullarij, cons. 7. 2. Pij V. schol. 2.* Ex Theologis Aldrete in *discip. relig. lib. 2. c. 15. §. 5. n. 8.* & hanc sententiam probabilem vocat Ledef. in *sum. p. 2. tract. 27. c. 17. n. 15. concl. 4.* Ratio est, quia si in laicis huius criminis frequentia minimè desideretur, quare in clericis idem non erit iudicandum?

2. Deinde, licet Pontifex in hac Bulla vtatur hoc verbo *excentes*, tamen Pontifices in Canonicis decretis, tam rigidam, & exactam verborum proprietatem obseruare non solent, & Pius V. in Extrauag. confirmat aliam editam anno 1. sui Pontificatus, in qua non verbo *excentes*, sed *perperrantes* vsus est. Ergo, &c.

3. Sed nimis rigida sunt hæc; ideo negantem sententiam docent communiter DD. Hi sunt Medius in *tract. de sacris Ordinibus, cap. 22. num. 9.* Belloch. in *praxi de cas. res. p. 2. q. 1. n. 217.* Homob. de *cas. res. p. 2. c. 4. sect. 5. cas. 1.* Graffius in *dec. p. 1. lib. 2. c. 90. n. 12.* Rodriq. in *sum. p. 1. cap. 208. n. 2.* Floronius de *cas. res. p. 2. cas. 7. §. 1. n. 9.* Sayr. de *cons. lib. 7. cap. 12. num. 23.* Campanile in *direct. iur. Canon. rubr. 1. c. 2. 2. num. 11.* Zanard. in *direct. Theol. p. 2. precept. 9. c. 9.* Finell. de *cas. referu. cas. 9. n. 6.* Azor. *p. 3. lib. 3. c. 19. n. 2.* Nauar. in *man. c. 27. n. 25.* Auila de *cons. p. 7. disp. 4. concl. 7.* Coriolan. de *cas. res. p. 2. cas. 9. n. 25.* Filiuc. *tom. 1. tract. 17. c. 7. n. 127.* Aloyf. Ricc. in *praxi tom. 3. resol. 58. num. 1.* & p. 1. *resol. 302. num. 3.* Suar. de *cons. disp. 3. 1. Genuensis in praxi Archiep. c. 97. n. 1.* Prop. de August. in *add. ad summam, Quaranta, ver. Sodomia, l. 4.* & alij qui aduersus Salzedum, vbi sup. & alios citatos ab Aldrete. de *discip. Relig. lib. 2. cap. 15. §. 5. n. 26. vsque ad 34.* & Portel. in *dub. Regul. ver. Pœna, n. 6.* asserunt non sufficere vnicum lapsum, vel si bis, aut ter tale crimen commiserit; nam Bulla Sum. Pontif. infligit has penas in clericis exercentes sodomiam: at in iure intelliguntur hi, qui aliquid faciunt frequenti vsu, & continuato, sicut non dicitur

C c dicitur

dicitur artifex, seu mercator, qui semel, aut iterum id exercet: sed qui toties exercet, ut opinione vulgi habeatur pro tali. Et hanc opinionem insinuat etiam Henricus in sum. lib. 14. c. 5. num. 1. in glossa F. Vide etiam Panorm. in cap. 1. num. 24. de iuric. & copiosè Floron. de cas. referu. ubi sup. p. 2. cas. 2. n. 1. & seq. Hinc Genuensis in praxi Archiepisc. c. 18. num. 15. docet, non esse detestandam mulierem, quæ semel maleficium fecit, aut superstitionem, nisi sciret hæreticam manifestè, & simplicitas, aut alia iusta causa non excusaret.

RESOL. LXII.

An Clericus incurrat penas dictæ Bullæ, si vitium bestialitatis commiserit? Et pro praxi huius questionis aliqui alij diuersi casus explanantur, & tandem deducitur legem pœnalem non esse extendendam de casu ad casum, ex identitate rationis, & casibus referuntur, utpote pœnalibus strictam debere fieri interpretationem. Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 66.

§. 1. Neurrere putavit Aloysius Ricc. in praxi tom. 3. ref. 59. Campanile in diuer. iur. can. rab. 1. c. 22. n. 18. Roland. a Valle vol. 1. conf. 7. n. 1. Ledesma in sum. tom. 2. tr. 27. c. 11. concl. 4. Vega in sum. tom. 2. cap. 102. cas. 2. Homob. in exam. Eccl. p. 2. tract. 11. c. 12. n. 26. Narbon. in 3. pr. re. opil. lib. 4. tit. 1. leg. 20. el. 8. n. 13. Rodrig. in sum. tom. 1. cap. 208. n. 2. & Prosper de August. in add. ad summa in Quaranta, vers. Sodomia, & nouissimè Belloch. de cas. referu. p. 2. q. 2. n. 39. Et ratio est, quia lex pœnalis extenditur de casu ad casum, quando militat eadem ratio, ut notat gl. in cap. 1. de temp. ord. vet. Italia. quam Glossam singularem vocauit Abbas in c. nihil, de electione, & in c. finali, de rescript. & alij.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Ref. 79. & in alijs eius annot. primæ.

2. At his non obstantibus, puto clericum vitium bestialitatis exercentem non incurere in penas huius Bullæ; & ita tenet Barbola in suis collect. tom. 2. lib. 5. tit. 3. c. 4. n. 11. Garfias de benefic. tom. 2. p. 11. c. 10. §. 2. n. 205. Bañez in 2. 2. q. 64. art. 8. Et ratio est; nam bestialitas non est propriè sodomia, contra quam edita fuit hæc Bulla; & lex pœnalis non est extendenda ad casum non expressum, etiam si in illo eadem inueniatur ratio, maxime in foro conscientie, ut probat P. Miranda in man. Pralat. tract. de monialibus, q. 2. art. 10. conclus. 1. Sanch. de matrim. tom. 3. lib. 10. disp. 4. n. 3. Henric. in sum. lib. 7. c. 30. n. 4. in gl. littera C. Garfias ubi sup. n. 236. Castrus de leg. lib. 6. c. 3. n. 5 & c. 4. n. 1. & alij.

3. Probatur hæc opinio exemplis. Nam in Clem. unica de consang. & affin. excommunicantur Moniales professe, cuiusque nubentes, & accipientes illas in uxores, & excommunicantur etiam professi inuenti matrimonium. Et tamen, ut notat Cardin. Ancharanus, & Bonifacius hic, D. Antoninus p. 3. tit. 24. art. 34. Caiet. in sum. ver. excommunic. cap. 47. cum Sanch. de matr. tom. 2. lib. 7. disp. 48. n. 2. si aliqua femina secularis iniret matrimonium cum professo, non incidere in dictam excommunicationem, sicut incidere in dictam excommunicationem vir inuendo matrimonium cum Moniali. Et tamen militat eadem ratio. Sed quia textus loquitur de masculis nubentibus cum Monialibus, & non de feminis nubentibus cum professis, licet, ut dixi, in vtrilque militet eadem ratio, tamen mulieres nubentes cum professis non incurrerent in excommunicationem, quia lex pœnalis restringenda est, & non amplianda, etiam ex identitate rationis.

4. Secundò, in Concil. Trident. sess. 25. de regul.

cap. 8. excommunicantur omnes, qui cogunt mulierem ad ingrediendum Monasterium: & Sanch. in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 4. num. 3. cum Suarez, & Bañez asserunt sub nomine mulierum non esse includendos viros. Et tamen et si Concilium de solis cogentibus feminas loquatur, eius ratio finalis, quæ est libertati ingressus consulere, æquè procedit in vtris coactis.

5. Tertio, Religiosus administrans sacramentum Pœnitentiæ, vel Baptismi, sine licentia Parochi, non incurrit penas Clem. 1. de privileg. quia dicta Clementina loquitur solum de sacramentis Eucharistiæ, Matrimonij, & Extremæ-Vnctionis. Et tamen in alijs sacramentis Pœnitentiæ, & Baptismi eadem militat ratio. Ita Glossa, & Abbas ibidem, quibus adde Capel. Tholof. dec. 121.

6. Quarto, Glossa in Clem. 1. de decimis, ubi asserit constitutionem illam, qua puniunt Religiosos fraudans decimas Ecclesiæ, non extendi ad Clericos seculares eadem facientes.

7. Quintò, etiam Glossa ver. suspensi, in c. finali de offic. deleg. lib. 6. restringit penam dicti capituli ad solos conferuatores, de quibus loquitur, dicens aliter esse in Delegato similia faciente.

8. Sextò, eadem Glossa ver. moderatas, in fine, in cap. statutum, §. in super, de refer. pœnam d. c. loquentis de legato Papæ, non audeat extendere ad delegatos ordinarij, eundem excessum, circa expensas facientes.

9. Septimò, Greg. XIII. excommunicauit ingredientes Monasteria Monialium prætextu licentiarum: & tamen in hanc excommunicationem non incurrunt illi, qui dicta Monasteria, sine prætextu licentiarum ingrediuntur, ut infra, Deo dante, videbimus: & docet Suarez de cens. disp. 22. sect. 6. n. 11.

10. Ex his omnibus apparet, legem pœnalem non esse extendendam de casu ad casum ex identitate rationis: vnde, ut supra diximus, Clericus committens vitium bestialitatis non incurrit in penas huius constit. Pij V. quia est edita contra Clericos exercentes sodomiam. Vnde apparet me rectè olim consuluisse in casibus referatis, utpote pœnalibus, strictam debere fieri interpretationem. Et ita tradiderunt et nostris P. Naldus in sum. cas. n. 3. Chapeauilla de cas. refer. c. 6. quest. 1. Coriolan. etiam de cas. ref. p. 1. sect. 11. in c. 5. n. 4. Homobon. p. 1. de cas. ref. c. 2. Bonac. de matr. disp. 4. punct. 11. num. 5. de Sacram. disp. 5. q. 7. punct. 5. §. 3. n. 1. Reginald. in praxi tom. 1. c. 12. sect. 1. n. 127. & alij, aduersus Floronum tract. de casib. refer. p. 1. c. 1. n. 30. & 40. Finell. de cas. referu. cap. 5. n. 3. & cas. 4. n. 25. Graffium in pract. lib. 1. c. 4. reg. 4. n. 25. & alios contrarium sentientes. Sed tu tene primam sententiam.

RESOLVTIO LXIII.

Virum ad incurrendas penas supradictæ Bullæ exigatur sententia Iudicis, ita vt ante illam Clerici dictas penas non incurant in conscientia?

Et ex doctrina huius questionis deducuntur alij septem casus in §. ultimo huius Resolutionis, & alij quam plurimi deduci possunt, in quibus non incurritur in penas à lege Civilis vel Ecclesiastica impositas ante Iudicis sententiam. Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 67.

§. 1. D Ubius in hac re manet Nauarr. in Man. cap. 27. num. 250. & potius videtur inclinare, quòd dictæ pœne incurrantur in foro conscientie. Ratio est, quia Pontifex in textu Bullæ dicit, Primum; quod verbum, cum sit præsentis temporis, continet sententiam latam.

2. Sed hæc sententia admodum dura, & rigorosa est;

est; unde mihi contraria vera videtur, quam tuentur, & docent Sayr: de censur. lib. 7. c. 12. num. 24. Homobon. de exam. Eccl. part. 1. tract. 11. cap. 12. g. 26. Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 46. numero 28. qui citat Grassium, Vegam, & Rodriq. Auila de cens. p. 7. disp. 4. dub. 7. concl. 7. Henriquez lib. 1. 4. de cens. num. 1. in gloss. lit. F. Homob. de bonis in exam. Theol. p. 1. r. 5. c. 8. qu. 15. Floron. de cas. resp. 2. cas. 7. §. 1. num. 8. Bonac. de matrim. q. 4. punct. 11. num. 2. Finell. de cas. ref. cas. 9. num. 6. Azor. p. 3. lib. 3. c. 19. g. 5. Fanard. in direct. p. 2. prac. 6. c. 9. Suar. de cens. disp. 3. 1. sect. 4. num. 22. Filiuc. tom. 1. tract. 17. n. 127. & alij.

3. Probat hanc opinio ex principiis de legibus; nam lex penalis, que non potest executioni demandari, absque hominis actione, etiam si ipso iure, vel ipso facto feratur, vel etiam dicatur nulla, expectata declaratione ante iudicis condemnationem, non obligat. Et ratio est, quia vsu, & consuetudine, que est optima legum interpretis, receptum est, vt nullus se prius re antea obtenta, nisi declaratoria criminis sententia a Iudice feratur. Secundò, si talis lex obligaret ante iudicis sententiam, esset nimis acerba cohereret enim homines ad se prodendum, & ad exequendum in se durissimam pœnam, ad quod nulla lex obligat: leges enim humane faciles, & tolerabiles esse debent. & humane imbecillitati accommodata, Ita Valquez in p. 2. tom. 2. disp. 168. num. 14. Couar. in 4. p. 2. §. 8. n. 3. illat. 3. Becan. in p. 2. tract. 3. c. 2. & Molina de inst. ro. 1. tract. 2. disp. 95. n. 14. post citatos 10. Doctores asserit hanc sententiam esse communem inter Theologos, & Iurisperitos: & etiam pro illa citat 43. Doctores Salas de legibus disp. 15. sect. 2. n. 38. vide etiam Villalob. in sum. tract. 2. diffie. 26. n. 2. Molse. in sum. tom. 1. tract. 9. c. 9. n. 35. Lorca in p. 2. tom. 2. disp. 24. de legibus Lessium lib. 2. c. 29. dub. 3. n. 63. Suarez de legib. lib. 5. c. 5. & seq. Ioan. de la Cruz in direct. cons. p. 1. in princ. dub. 3. de legib.

4. Ex his deducitur resolutio multorum casuum. Et primò habetur intelligentia pœnarum appositarum in Bulla Sixti V. contra Clericos non deferentes habitum, & in Bulla Clem. VIII. contra Religiosos munera largientes: in illas enim nullus incurrit, nisi post iudicis sententiam. Ita Molse. vbi supra. Secundò leges ponentes taxam tritico, & pœnas contravenientibus, non obligant ante iudicis condemnatoriam sententiam: tenentur quidem venditores restituere excessum pretij, non autem ad pœnam, nisi à iudice condemnentur. Ita Villalob. vbi supra. 3. Item tertio Beneficiarius potest beneficium retinere, donec declaratur delictum, propter quod priuatus est ipso facto beneficio nisi forte in legè dicat pœnam in foro conscientie statim subeundam esse Surd. de cas. 247. per tot. & Azor. part. 1. lib. 5. c. 7. g. 6 & alij. Quarto, Rectores Ecclesiarum alienantes bona Ecclesiastica, sine solemnitatibus necessariis, non tenentur abdicare beneficia, per Extravag. ambitiosa, ante iudicis latam sententiam, quia dicta Bulla ita fuit vsu recepta: sic Navar. in man. c. 27. num. 110. & Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. c. 22. num. 20. cum aliis. Quintò, idem dicendum videtur de Religiosis, qui admittunt mulieres intra septa Monasterij ex Motu proprio p. V. Ita Rodriq. in explicat. diste Bulla num. 32. Item sextò, superiorem alicuius Religionis incidentem in aliquem casum absolutionis, seu priuationis ipso facto Prioratus, etiam si palam constet de crimine, dicendum est non incurere dictam pœnam, donec per superiorem declaratur, & consequenter tuta conscientia in eo manere posse, nec licere subditis illum expellere à Gubernatione. Ita Ioan. Valera in differentis vtriusque fori, ver. pœna. differ. 20. n. 5. Item septimò, hæretici, & alij, quorum bona ipso

iure publicantur, non tenentur ante iudicis sententiam dicta bona restituere fisco. Ita Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. c. 20. num. 7. qui 33. Doctores citat: tenentes hanc sententiam, & nouissimè Sanctarell. tract. de heresi cap. 2. dub. 1. num. 6. Dicendum est igitur, Clericos sodomitas non incurere in pœnas Bullæ Pij V. ante sententiam iudicis declaratoriam.

RESOL. LXIV.

Praxis pro Confessariis circa absolutionem Clericis Sodomiticis impertiendam, Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 68.

§. 1. SI Clericus non exerceat sodomiam, est sine dubio absoluentus. Si exerceat, aliqui putant esse absoluentum, dum per Confessarium, vel alium virum secretum procuretur noua promissio beneficii, dignitatis, officij, &c. Sed ego puto, sine vllò metu absolui posse absque noua promissione. Quia, vt diximus, in foro conscientie non obligatur ad ferendam pœnam latam per istam Extravagantem, si non præcedat sententia Iudicis declaratoria. Et cum in prima resol. dixerimus dictam Extravagantem in foro interiori non fuisse vsu receptam; ideo dicendum est absolute, tali Clerico sodomita, si sit contritus, etiam recepto beneficio, officio, & dignitate, absolutionem omnino impertiendam esse.

Quæ hic est supra Ref. 57.

RESOL. LXV.

Enumerantur aliqui casus, in quibus discutitur, an incidatur, vel non incidatur in sodomiam reservatam? Ex part. 7. tr. 1. 2. & Misc. 3. Ref. 1. 3. aliàs 11.

§. 1. Solent Episcopi sæpius reservare casum Sodomie: idèd quæro Primò, an fœmina cum fœmina ita congregiendi, vt altera earum masculi vicem gerat, & effusio feminis intra vas naturale sequatur, incidat in casum reservatum Sodomie? Affirmat Lupus de cas. referu. part. 2. cas. 10. num. 14. & alij, quia talis coitus est innaturalis, & cum persona indebita, videlicet ad non debitum sexum. Mihi verò magis placet opinio negatiua, quia licet actus iste ad Sodomiam reducat cum sit inter personas eiusdem sexus: tamen non est verè, & proprie Sodomia, quia licet non seruetur sexus, seruetur tamen vas, Quod si casus dari posset, vt fœmina alteram fœminam ita supergrediretur, vt vel medio aliquo Instrumento, vel sine Instrumento immitteret semen intra vas præposterum alterius, quod fieri posse asserit ex Auicenna, Antonius Gomez l. 80. Taur. n. 34. tunc dicerem ligari hac reservatione, quia tunc peccaretur contra vas debitum, & contra sexum, quod diximus esse de ratione Sodomie. Et ita nostram sententiam præter alios docet Mazuchellus in de cas. referu. disp. 2. cap. 22. num. 6.

2. Quæro secundò, an patientes includantur in casu reservato Sodomie. Affirmatiuè respondent communiter, quia tam patiens quàm agens proprie dicitur committere peccatum Sodomie. Tum quia, licet verbum (committere) proprie designat actionem, non passionem: tamen quia sumus in eodem genere delicti, vnum includitur in alio. Tum quia in correlatiuis dispositum in vno, censetur etiam dispositum in alio.

3. Non deseram tamen adnotare, quòd licet Bor-donus in Concil. regul. resol. 38. quæst. 24. num. 44. huic sententiæ adhæreat, tamen Resol. 48. §. 5. n. 2. contrarium putat non esse improbabile, nempe patientem.

Sup. hoc supra in fine Ref. 60. sed lege eam per totam, & in tom. 7. tr. 1. Ref. 115. si gnauer in eius §. vlt. & in tom. 5. tr. 1. ex doctrina Ref. 79 §. vlt. in fine.



non incidere in casum reservatum Sodomiae; quod absolute tenet nouissimè P. Alphonfus de Leone de cens. Recollect. 5. num. 73, qui citat Marchinum de sacrament. Ord. tract. 1. par. 8. cap. 4. n. 20. vide etiam eundem Leonem Recoll. 6. num. 876.

Sup hoc lege
§§. nor. præ
terea, & seq.

4. Nota tamen: quòd sententia affirmatiua procedit modò agens seminet intra vas, quia cum actio ipsi potissimum tribuatur, si ea perfecta non est, peccatum non subiicitur reservationi, neque ex parte patientis, licet etiam seminet, quia complementum peccati semper attenditur ex parte agentis, vt qui est nobilior patiente.

Sup. hoc su
pr. in Rel. 59.
§ vit. & in to.
7. tr. 1. Re.
125. § Sed al
quis. & seq.

5. Qæro tertio, an qui inchoat Sodomiam in vase præpostero, sed postea emitat semen extra vas, incidat in casum reservatum? Affirmatiuè respondent aliqui, quia iam crimen satis perfectum, & complementum censetur in genere Sodomiae, vt ex multis probat Fagundes in Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 9. num. 8. & quia proprius dolus nemini debet patrocinari, neque ex sua iniquitate nullus debet reportare commodum, & nil in fraudem legis est faciendum. Ad qua dico prædicta referri ad culpam, nam sic peccans non excusatur à peccato molitiei coniuncto cum aliqua circumstantia Sodomiae, non autem esse referenda ad legem reservationis, à qua non excusatur ratione sua malitia, sed quia non peccauit cum omnibus illis circumstantiis, cum quibus hoc peccatum reservatur; neque ita se retrahere refert, & auget peccatum, sed minuit, & sub alia specie ponit. Et ideo hanc sententiam tenet Lupus de cas. refer. par. 2. cas. 10. n. 12. Bordonus in consil. Regul. resol. 48. num. 17. & nouissimè P. Leo de cens. Recollect. 6. num. 873 vbi me citat: vnde non approbo id quod asserit Mazuchellus de cas. refer. disp. 2. cap. 22. num. 14. quod licet in reservationem non incidat is, qui vsque ad consummationem peccatum hoc peregerit in vase præpostero, quam præuidens fraudulenter membrum extraxerit, & extra vas semen effuderit; ad Superiorem tamen remittendum, ne illi sua fraus patrocinetur. Non inquam, mihi placet hæc opinio; nam si talis non incidit in casum reservatum, quare tenetur Episcopum adire? Dicendum est igitur, quod actus in casu nostro non est Sodomia completa, & consummata, sed incepta, ergo non includitur in casu reservato; nam reservatio includit tantum delictum perfectum, & consummatum, non autem attentatum; non nego tamen contrariam sententiam esse probabilem.

Sup. hoc su
pra in Rel.
55. & si pla
cet lege §.
eius amot.

6. Qæro quarto, an impuberes incidant in casum reservatum Sodomiae? Affirmat Mazuchellus loc. cit. num. 12. quia Episcopi absolute loquuntur, ergo reservatio absolute est intelligenda; tum quia impuberes obligantur cæteris legibus & censuris, & si possunt peccare mortaliter, consequenter reservatione ligari possunt. Tamen Lupus de cas. r. seruat. part. 1. d. 4. num. 6. docet impuberes ligari quid in reservationibus adnexis iis peccatis, quæ non sunt carnalia, qualia sunt homicidium, blaphemia, &c. iis verò, quæ sunt adnexæ peccatis carnalibus, non ligari, cum regulariter loquendo non compleant. Et hanc etiam sententiam Lupi admittit Bordonus in consil. Regul. res. 38. q. 11. n. 18. quia peccata carnalia, quæ genitalibus sunt, non tribuntur impuberibus, ex cap. 1. de delictis puer. quia infra hoc tempus nequeunt seminare, & si quandoque semen emittunt, non ideo incidunt, quia reservatio instar aliarum legum non aptatur ad ea, quæ tardè accidunt. In nam ad ea, ff. de legibus, & hoc procedit etiam quando impubes patitur à pubere, qui licet ligetur casibus, non tamen impubes, quia ex eo quod miscetur cum pubere non amittit impubertatem, ratione cuius eximitur à reservatione, non obstante quod agens, & patiens pari pena debeant puniri, quia id procedit

quando lex intendit vtrumque punire, quod non accidit in casu præsentis.

7. Qæro quinto, an exercens copulam Sodomiticam cum feminis incidat in casum reservatum affirmatiuè respondent aliqui, quia talis verè dicitur exercere Sodomiam, vt ex pluribus tenet Fagundes in Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 9. num. 7. Mihi vero magis placet opinio negatiua, quam docet nouissimè Lupus de cas. referuat. part. 2. cas. 10. numero 3. & alii, quos citat & sequitur Mazuchellus vbi supra d. spuat. 2. cap. 22. numero 12. Dicendum est igitur copulam hanc, masculi videlicet cum femina in vase præpostero non esse propriè Sodomiam. Et ratio est, quia in Sodomia propriè peccatur non solum contra vas, sed etiam contra sexum; masculus autem præpostere cognoscens feminam, licet non seruet vas, seruat tamen sexum. Ergo, &c. Erit nostram sententiam docet etiam nouissimè Dicaillus de iust. lib. 1. disputat. 3. dub. 19. numer. 323. seg. Et licet aliqua, quæ in præsentis Resolutione diximus, alibi à nobis obseruata sint, tamen, quia in praxi quotidie accidunt, voluit in gratiam Confessariorum adducere ea, quæ circa illa nouiter senserunt Doctores.

RESOL. LXVI.

Illustrissimus Cardinalis Archiepiscopus reservauit in hac Diocesi Panormitana aliquos casus, sed multis Regularium Superioribus dedit potestatem absoluenti, interrogatus sepius sui à nostratibus, & cæteris, an dicti Superiores Regularium possint istam auctoritatem concedere alicui particulari? Idem quæritur de Penitentiariis Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 53.

§. 1. **R**espondi non posse eandem potestatem subdelegare, nisi habuerint expressam ad hoc licentiam ab Episcopo: delegatus enim ad nudum ministerium non potest subdelegare; & sic non possunt concedere omnes casus simul alicui Confessario, vt ab eis absoluat toties, quoties acciderit. Possunt tamen absolutionem casus particularis in facto occurrentis alteri committere; v. g. cum petitur ab aliquo Confessario inferiori, qui asserit se habere penitentem cum tali casu reservato, tunc potest dictus Superior, & Penitentiarius dare auctoritatem dicto Confessario, vt illum absoluat eo casu. Et aliter faciendo, confessiones eunt nullæ ex defectu iurisdictionis. Ita in terminis Piafecius in praxi Episc. p. 2. c. 1. num. 15. Aloysius Riccius in praxi fori Eccl. part. 1. resol. 419. numero 1. Zerola in praxi penit. c. 25. q. 17. in praxi Episc. p. 1. ver. Penitentiarius. q. 4. Finellius de casib. referuat. c. 9. numero 11. Homobon. de casib. referuat. p. 1. c. 5. circa præsentem materiam vide etiam Sanchez de marrim. tom. 1. lib. 3. tota disp. 31. & Molin. de iust. & iure, tract. 5. disp. 15. num. 5.

RESOL. LXVII.

An Vicarius Episcopi, si habeat potestatem subdelegandi possit absolui ab alio, si incidit in casum reservatum? Et an idem dicendum sit de Priore, qui vt Vicarius ab Episcopo talem potestatem à Prelato sui Monasterii habuit, an si in aliquem casum incidit, possit ab alio Confessario subdelegato de illo absolutionem obtinere sine licentia Prelati? Et quid de Episcopo, si in casum incidit reservatum Summo Pontifici, a quo ipse alios absolueret potest?

De Aliquibus referuat. Ref. LXVIII. &c. 305

Et an. si subditus petat à Prælo omnem eius auctoritatem pro vna vice, & vna persona sibi subiecta, includatur ipse petens, ita vt possit absolui à referuatis ab aliquo alio Confessario?
Idem est dicendum de dispensatione, ac de absolutione.
Ex part. 3. tract. 4. Ref. 141. aliàs 142.

Negativam sententiam mordicus tenet Iacobus de Grassio in appen. ad decr. aur. lib. 3. cap. 8. num. 22. Primò ex præsumpta mente Prælati; quæ magis attendenda est, quam verba ex l. de quibus ff. de legibus. Sed interrogatus Episcopus à Vicario, an etiam illa auctoritate vi possit, diceret quòd non, quia si secus esset perniciosum esset concedenti, quia sic possit dare occasionem peccandi, & qui occasionem peccandi dat, ipse damnium dedisse videtur; vnde ne hoc absurdum accidat, dicendum est, verba generalia arctari, vt non comprehendatur perniciosum concedenti, ex l. si cuius ff. de feruis. Secundo, verba generalia arctantur semper ad solita concedi, ex l. si finit ff. de damno infecto. & ad id quod est de iure, vt notat glossa in cap. fin. vers. negotiis, de offic. deleg. sed semper potestas absoluedi cum potestate subdelegandi intelligitur data in personam aliorum, & nemo potest auctoritate seipsum, ex cap. qualiter, de elect. & in generali sermone excipitur persona cui loquimur, qui heredi s. Plautius, ver. at si heres ff. de cond. & demonst. Ergo, &c. etiam dictus Grassius idem asserit de priore habente potestatem à Prælo absoluedi casus referuatos, cum potestate subdelegandi, putat enim, sicut de Vicario Episcopi asseruit, si incidat in aliquem casum referuatum, non posse ab illo, quem ipse subdelegauerit, absolui.

2. His tamen non obstantibus contrariam sententiam docent Vgolinius de potest. Episc. cap. 39. n. 2. & Floronus de cas. referu. part. 1. c. 3. §. 1. n. 3. Nam & Episcopus, si in casum incidit referuatum Romano Pontifici, quo ipse alios absolueri potest, delegando eam facultatem alteri, ab eo absolui valet, atque ita sacra Cardinalium Congregatio declarauit, Tridentinum Concilium in sess. 24. de referu. c. 6. & ita communiter asserunt Doctores, Maiolus de irregular. lib. 5. c. 2. n. 7. Suarez tom. 4. disp. 41. sect. 2. n. 9. Henriquez lib. 1. c. 18. n. 3. Sayrus de cens. lib. 7. c. 9. n. 5. Riccius in praxi, part. 1. resol. 445. n. 2. Sanchez de matrim. lib. 5. disp. 3. n. 3. & in summa tom. 1. lib. 2. c. 11. num. 11. Bellettus in disquis. cler. part. 1. tit. de disciplina Clericali. §. 1. num. 54. Naldus in summa, ver. casus, n. 6. Emmanuel Sà ver. confessor. num. 16. & alij, quidquid in contrarium asserat Marius Alterius de cens. tom. 2. disp. 8. c. 3. concl. 4. ver. 3. Quæri potest in ordine ad dispensationem, sicut loquuntur etiam multi ex supra citatis Doctores, idem dicendum de dispensatione, ac de absolutione.

3. Nec valet dicere in tali casu, Vicarium seipsum quodammodo absolueri, cum delegatus delegantis officio fungatur. Nam respondeo, quòd id locum haberet, vbi iurisdicctio delegata est ab eo, cui iurisdicctio competet ordinaria, at Vicarius hic subdelegat, subdelegatus autem fungitur vice primi delegantis, ac perinde est, ac si ipse primò delegans delegasset, quo casu sine dubitatione Vicarius absolui possit. Et idem dicendum est de Priore, qui vt vicarius ab Episcopo talem potestatem habuit à Prælo sui Monasterij; nam si in aliquem casum incidit, potest ab alio Confessario subdelegato, de illo absolutionem obtinere sine licentia Prælati.

4. Sed ponam hic pulchrum dubium, an si subditus petat à Prælo omnem eius auctoritatem pro vna vice, & vna persona sibi subiecta includatur ipse petens, ita vt possit absolui à referuatis ab aliquo Confessario? Videtur affirmatiuè respondendum, si

petens diceret: Est quadam persona, quæ indiget vestra auctoritate, placetne vobis illam mihi dare? Secus autem si diceret: Rogo te, vt des mihi tuam facultatem pro vna persona. Et ratio est, quia in generali sermone comprehenditur etiam persona sua, quando loquens concipit verba in persona alterius, vt patet ex l. Paulus respondit, §. fin. ff. de pignoriibus. Et ita hanc sententiam videtur tenere Floronus vbi supra, ex Grassio, qui tamen contrarium docet. Sed post hæc scripta inueni Villalobos in summa, tom. 1. tract. 9. diff. 64. num. 4. circa præsens dubium sic asserere. [Quando el Prelado concede à vno la auctoridad sin restrincion ninguna, es visto concederla actiua y passiua, que aunque algunos dudan desto, es mas conforme al estilo de la Religion, mientras as el Prelado no declara otra cosa.] Sic ille, & nouissime noster Pater Leone de off. & potest. Confess. tom. 2. recollect. 6. num. 131. asserit, quòd quando subditus petit facultatem à Superiore pro vna persona pro casibus referuatis, potest vt pro sua persona.

RESOL. LXVIII.

An mortuo Episcopo casus referuati expirant, vt possint absolui à quocumque Confessario?
Et quid, si casus referuati sint per Statutum, vel Synodum Diocesanam; aut qui iure, vel consuetudine ipsi Episcopo referuantur, an absolutio petenda sit à Successore, seu Capitulo, Sede vacante? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 108.

AD hoc dubium ita respondet Præpos. in addit. ad 3. part. quest. 9. de reservatione casuum, dub. 1. n. 6. Cenclet Sà ver. absolutio, n. 21. mortuo Episcopo quemlibet Confessarium posse absolueri à casibus ipsi referuatis, quod non videtur solidum, & primò id non videtur posse dici de referuatis per statutum, cum etiam mortuo Episcopo illud vim suam retinere soleat. Secundo neque de referuatis ab homine, quia per reservationem inferiori sublata est iurisdicctio necessaria ad valorem huius Sacramenti; non potest autem ex iure, vel alio solido fundamento colligi, quòd ea per mortem Episcopi restituantur. Sic ille.

2. Verum hæc doctrina Præpositi admittit ab aliis, quoad casus referuatos per Statutum, vel Synodum Diocesanam; secus autem minimè, & ita docet Gauantus in enchir. Episc. ver. casus referuati, num. 16. Rubens in aphor. Episc. ver. casus referuati, numero 4. & Pialecius in praxi nouiss. Episcop. part. 2. cap. 1. art. 3. numero 21. vbi ita ait. Casus quos Episcopus sibi referuat, expirant morte ipsius, non verò illi, qui de iure, vel consuetudine ipsi referuantur, neque illi, quos per proprium statutum sibi referuat; cum enim statutum duret post mortem, cap. fin. de offic. leg. referuatio quoque durabit, & absolutio petenda est à successore, seu Capitulo Sede vacante. Hæc ille. Vide etiam Aegidium Trullench in Bull. Cruciat lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 2. num. 6.

RESOL. LXIX.

An, mortuo Episcopo, quilibet Sacerdos possit absolueri à casibus sibi referuatis?
Et quid est dicendum, si casus sint referuati per statutum, vel legem Synodalem?
Et an si in mandatis Visitationum Episcopi referuant sibi aliqua peccata, sine cum excommunicatione sine sine illa, expiret referuatio, mortuo Episcopo?

Cc 3 Idem

& in tom. 7. tr. 1. Ref. 109. §. Norandū. cūsum, in fine. & in Ref. 122. §. 1.

Sup. conueto in hac Ref. in §. 1. & 2. Ref. seq. & quamuis pro Regularibus in to. 7. tr. 1. lege doctrinā Ref. 119.

Idem est dicendum de Visitationibus Prouincialium Religionum.

Et an supradicta intelligantur quoad illos qui in vita condentis Episcopi, vel Prouincialis Regularium predictam censuram, aut reservationem, non incurserunt; nam si adhuc uiuente Episcopo incurse sunt tunc quidem reservatio, & excommunicatio adhuc durat, mortuo Episcopo, aut Pralato Regularium? Ex part. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 4. 1.

Sup. conten-
to in hoc &
seq. 5. in Ref.
p. cetera per
toia & qua-
uis pro Re-
gularibus in
tom. 7. tr. 1.
lege doctri-
nam Ref. 119.

§. 1. AD hanc dubitationem Præpositus in 3. part. 9. de reseru. cas. dub. 1. numero 6. sic respondet. Sa verb. absolutio, num. 21. censet mortuo Episcopo quemlibet Confessarium posse absolueri à casibus reservatis, quod non videtur solidum. Et primam id non videtur posse dici de reservatis per statutum; cum etiam mortuo Episcopo illud vim suam renere soleat. Secundò neque de reservatis ab homine, quia per reservationem inferiori sublata est iurisdicctio necessaria ad valorem huius Sacramenti non potest autem ex iure, vel alio solido fundamento colligi, quòd ea per mortem Episcopi restituatur. Ita Præpositus.

2. Cui quoad primum libenter adhareo, non autem quoad secundum: nam omnes Doctores asserunt reservationem factam per legem, aut statutum

In indice primo huius Tom. 1. lege Apendicem ad hunc Tract. 5. ubi inuenies alias multas Diffic. mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. que simul pertinent ad hunc Tract. 8. de Reservatis & eorum Absolutione.



TRACTATUS VI. DE SATISFACTIONE SACRAMENTALI.

RESOL. I.

An Confessarius teneatur imponere penitentiam ante absolutionem?

Et an consuetudo, ut prius imponatur penitentia, quam penitens absoluat, nullam inducat obligationem? Ex part. 5. tr. 1. 3. & Misc. 1. Ref. 36.

§. 1. Affirmatiuè respondet glossa in Clement. dudum de sepult. verb. audire, quia in eo textu penitentia prius imponitur, quam absoluat penitens, & ita consuetudo inualuit, ut patet, ergo, &c.

2. Sed dicendum est liberum esse Confessario post absolutionem etiam imponere satisfactionem. Probatur ex cap. finali, de censibus in 6. ubi sic dicitur: Potest Archiepiscopus dum visitat, confessiones suffraganeorum audire, ac absolueri confitentes, ipsisque salutes iniungere penitentias. Sic ibi: Igitur potest Confessarius ante & post absolutionem, penitentiam imponere, ut patet ex dictis iuribus, licet consuetudo iam obtinuerit, tanquam quid melius, ut prius imponatur penitentia, quam consuetudinem nullam induxisset obligationem, ut rectè notat Ochagauia de Sacrament. tract. vlt. de penit. quest. 10. num. 7.

Sup. hac.
consuetudi-
ne infra in
Ref. 48. 5. vlt.

RESOL. II.

An penitens teneatur acceptare iniunctam à Confessario penitentiam sub onere peccati mortalis?

Et an Confessarius possit absolueri penitentem, nolentem acceptare iniunctam penitentiam?

Synodale differre à reservatione personali: quia reservatio facta per legem non expirat morte referuantis; quia lex semper loquitur: & de se est perpetua, nisi abeat in deluetudinem: reservatio verò personalis expirat morte referuantis: ergo mortuo Episcopo quilibet Sacerdos poterit absolueri casus reservatos reservatione personali, quia expirauit dicta reservatio, ergo in illos habet iurisdictionem. Et ita hanc sententiam docet Fagundez part. 2. lib. 8. cap. 1. num. 30. Sanchez de matrimonio, lib. 8. disp. 28. num. 63. & alij.

3. Notandum est etiam ex his obiter, quòd si in mandatis Visitationum Episcopi referuent sibi aliqua peccata, siue cum excommunicatione, siue sine illa expirat tamen reservatio mortuo Episcopo, quod intelligendum est, quoad illos, qui in vita condentis Episcopi predictam censuram, v. g. non incurserunt: nam si adhuc uiuente ipso incurse sunt, tunc quidem reservatio adhuc durat. Et idem dicendum est de Visitationibus Prouincialium Religionum, quia hæ non durant, nisi quandiu ipsi Prouinciales durant in officio. Ita ex Navarro, Fagundez ubi supra. Et ratio huius sententiæ est, quia ordinationes late in mandatis Visitationum sunt mandata generalia aut specialia hominum, & sic expirant mortuo latore.

Et quid si penitens non respueret omnem penitentiam, sed aliqualem, licet paruum, ut vniuersum Patet noster acceptet? Ex part. 2. tractat. 15. & Misc. 1. Ref. 52.

§. 1. Ita affirmatiuè respondendum videtur aliquibus, ut improbabilem negantem sententiam iudicet Nugnus in 3. part. tom. 2. q. 15. art. 1. & q. 13. art. 2. difficult. 2. concl. 1. plus addit Suarez in 3. p. tom. 4. disput. 3. sect. 7. num. 2. & Coriolanus de tract. cas. reseru. p. 1. sect. 3. concl. 16. num. 5. cum alijs. Imò Valq. in 3. p. tom. 4. q. 94. art. 2. dub. 1. num. 5. de fide hanc sententiam definitam esse existimat, quòd antea docuerat Victoria in sum. num. 209. Et sic patet DD. antiquos, ferè omnes neoterici asserunt penitentem, sub onere peccati mortalis, debere acceptare iniunctam penitentiam à Confessario. Ita docet Sanctarell. tract. de Blasphemia c. 7. dub. 1. m. 8. in fin. Valent. tom. 4. disput. 7. q. 14. punct. 4. Sylu. in 3. p. q. 18. art. 3. dub. 3. Fagundez de precept. Eccl. tr. 2. lib. 2. c. 3. num. 18. Tolet. in sum. lib. 3. c. 9. numer. 3. Henriq. lib. 2. c. 3. num. 111. Bellar. de penit. lib. 4. c. 13. Filliuc. tom. 1. tr. 8. c. 2. q. 8. num. 53. Ledesma in sum. tom. 1. de penit. c. 23. concl. 8. dub. 1. Bonac. de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 3. punct. 4. num. 1. Megala in 1. p. lib. 6. c. 3. num. 3. Coninch de Sacramentis, disp. 10. dub. 9. num. 79. Villalobos ubi infra, & alij DD. asserunt pro hac sententia multas rationes, sed præcipuè authoritatem Concilij Tridentini, asserentis, Sacerdotes habere potestatem ligandi, sed si penitens possit respuere penitentiam, Sacerdos non habere talem potestatem. Ergo, &c.

2. His tamen non obstantibus, non desunt Doctores, qui post Concilium Tridentinum, contrariam docere sententiam. Hi sunt Greg. Ruys in cour. sup. 4. sent. cor. 94. Raphaël de Cælare in consol. moral. dial. 8.